nos adheſerūt terrenis hoib⁹ q̄ recedētes a fide. Cō
tra obliuionē dicit⌊ Adiuua nos. ⌋Cōtra obdormi/
tionem dicit⌊ Exurge. ⌋Contra mala dicit⌊ Et redi
me nos propter nomen tuum. ⌋

¶ In finē pro hijs qui cōmutabunť filijs cho
re ad intellectū canticū pro dilecto. ꝓs. 44.

ERuctauit cor meū uerbū bonuȝ: di/
co ego opa mea regi. Lingua mea ca
lamus ſcribe: uelociter ſcribentis.

Supra pſalmiſta propoſuit orōnem
pro aduerſitate regni ⁊ regis
hic q̄ſi proponit glīaȝ regis ⁊ regni ex diuino bñficio.
Et ꝓ⁹ ꝓponit diuinū bñficiū. 2⁹ inuitat ex h̄ exemplo
alias gētes ad ſuiendum deo ibi⌊ Oēs gētes. ⌋Circa
ꝓᵐ duo facit. ꝓ⁹ ꝓponit glīaȝ regis ⁊ magnificētiā re
gni. 2⁹ ꝓponit pacē regni ibi⌊ De⁹ nr̄ refugiū. ⌋Iſte
ꝓs dicitur epithalamus. Cōſuetudo eni erat q̄ in nuptijs
cātabanť aliq̄ cantica ad laudē ſpōſi ⁊ ſponſe: ⁊ illa di
cunť epithalamica. Eſt ḡ mā hui⁹ pſalmi de q̄buſdā
ſpōſalib⁹ chrī ⁊ eccl'ie: que qdē ꝓmo initiata fuerūt qñ
filius dei uniuiť ſibi nām humanaȝ in utero v̄ginali. ꝓs.
Et ipſe tanq̄ȝ ſpōſus ꝓcedēs de thalamo ſuo. Uñ ea/
deȝ eſt mā hui⁹ pſalmi que ⁊ libri qui dicitur cātica canti
coꝝ. ¶ Titulus talis eſt.⌊ In finē ꝓ hijs qui cōmu/
tabunť filijs chore ad intellectū canticuȝ ꝓ dilecto. ⌋
Et pōt dupliť intelligi. Uno mō ut ſuppleaf ꝓs: ut ſit
ſenſus. Pſal's iſte eſt ducēs nos in finē chrm: pro hijs
q̄ cōmutabunť. ſ. de ſtatu infidelitatis ad chrīȝ. Uñ di
cit⌊ Pro pſtib⁹ mis ⁊c. ⌋Ita ⁊ hic ꝓs ꝯuenit paſſioni
chrī. i. credētib⁹ in chrm paſſū. Et h̄ ad intelligēdum
myſteria chrī ⁊ eccl'ie. Et nō ſolū ꝓs ſȝ etiā canticuȝ.
⌊ pro dilecto. ⌋ſ. chr̄o. Matth. 3. Hic eſt fili⁹ meus di
lectus. Hiero⁹ hēt ſic. Uictoria pro lilijs filioꝝ chore:
canticū ꝓ dilectiſſimo. Et q̄ð dicit pro lilijs: oſtēdit q̄
agit hic ꝓs pro delitijs ſponſi ⁊ ſpōſe. Et hoc ſignaf ꝑ
flores roſas ⁊ lilia. Can̄. 2. Fulcite me florib⁹ ⁊c. Et cō
petit v̄ginib⁹ que ſūt q̄ſi lilia. ¶ Iſte ꝓs diuidiť i tres
partes. ꝓmo poniť ꝓemiū cantici. ſecūdo poniť cōmē
datio ſponſi ibi⌊ ſpecioſus. ⌋tertio poniť cōmēdatio
ſponſe ibi⌊ Audi filia. ⌋Circa ꝓᵐ tria facit. ꝓmo ꝓ/
ponit editionē pſalmi. ſecūdo finē ibi⌊ Dico. ⌋tertio
deſignat auctorē ibi⌊ Lingua. ⌋Editio deſignaf cuȝ
dī⌊ Eructauit cor meū v̄buȝ bonū. ⌋Eructatio ex ni
mia plenitudine ſiue repletione ꝓcedit: in quo ſignaf
q̄ ex abundātia deuotionis ⁊ ſapie loqtur. Mat. 12.
Ex abundātia cordis os loqtur. Et notādū q̄ huius
editio pſalmi attribuiť cordi: ex cui⁹ magna deuotiōe
eſt cōpoſitus: q̄ nō eſt iſte de illis de q̄b⁹ dī Iſa. 29.
Populus hic labijs me honorat: cor aūt coꝝ lōge eſt
a me: ſed corde ꝓnūciat laudes chrī. 1. Cor. 14. Pſal
lam ſpū: pſallā ⁊ mēte. Hoc cor eructauit v̄buȝ. ſ. hui⁹
pſalmi q̄ð eſt bonuȝ: q̄ ꝯſolatoriū. loqť eni myſteria
chrī ⁊ eccl'ie. Thi. 1. Fidelis ſmo: ⁊ nullus ſermo mei
ore illo. Zach. 1. Rñdit dñs angelo qui loquebaf in me
v̄ba bōa: v̄ba ꝯſolatoria.⌊ Dico ego. ⌋i. ꝓnūcio⌊ opa
mea regi. ⌋i. ad honorē regis chrī. Iſa. 32. Ecce i iuſti
tia regnabit rex. q. d. Cāto hūc pſalȝ ad honoreȝ chrī:
cui opa nr̄a oia debem⁹ dicare. Col. 3. Oē q̄ðcūq; fa
citiȝ i v̄bo aut i ope: oīa i noīe ieſu chrī facite.⌊ Ligua
mea calamus ſcribe. ⌋Hic poniť actor pſalmi q̄ eſt lin
gua. q. d. Nō intelligaf q̄ ex ꝓprio hūc fecerim: ſȝ au/
xilio ſpūs ſci q̄ utiť lingua mea ſicut ſcriptor utiť cala/
mo. Et iō ꝓncipalis actor hui⁹ pſalmi eſt ſpūs ſcūs.
2. Reg. 23. Spūs dñi loquut⁹ eſt ꝑ me q̄ſi per inſtrȝ.
2ᵉ Pe. 1. Nō uolūtate allata ſȝ ſpū ſcō ⁊c. Et cui⁹ ca
lamus eſt:⌊ Scribe uelociť ſcribētis. ⌋ſ. ſpūs ſci qui
uelociť ſcribit in corde hoīuȝ. Qui eni per ſtudiū que
rūt ſapiētiaȝ ꝑ partes. ⁊ etiā lōgo tpe ſtudēt. Sed qui
hñt eā a ſpū ſcō uelociť accipiūt. Act. 2. Fact⁹ eſt repē
te de celo ſonus ⁊c. Illi q̄ hñt ſciaȝ ꝑ reuelationē diuā
ſubito īplent ſapiētia: ſic illi ſūt ſubito repleti ſpū ſcō.
ꝓs. Uelociter currit ſmo ei⁹. Eccl'i. 11. Facilis eſt i ocu
lis dei ſubito honeſtare pauperē. Uel uelociť opantis
q̄ Dixit ⁊ facta ſūt. Pōt autē lingua ad aliud referri:
q̄. ſ. q̄ nō ſolū uoluit dicē: ſȝ corde ꝓ⁹ cogitauit. 2⁹ di/
xit ore. ⁊ 3⁹ ſcripſit. q. d. Nō ſolū ꝓſint p̄ntib⁹ qui au/
diūt: ſȝ etiā futuris. Iſa. 8. Sume tibi librū grandeȝ ⁊
ſcribe in eo ſtilo hoīs. Abach. 2. Scribe viſuȝ ⁊ expla
na eū. Hec ḡ expō eſt iſolis. Sȝ aliq̄ dicūt q̄ hec v̄ba
ꝓponunť ad cōmendationē chrī ſm diuinitatē: quaſi
ſint v̄ba dei prīs. Sȝ hāc expōneȝ nō approbat Aug⁹
⁊ Hiero⁹. tñ Dio⁹ utitur 2⁹. c. de diui. no. ubi itrodu/
cit h̄ uerbū.⌊ Eructauit ⁊c. ⌋Et ſȝ iſtā expōnem cō/
mēdaf a p̄re tripliť. ꝓ⁹ deſcribitur ei⁹ emanatio. 2⁹ ei⁹
v̄tus ibi⌊ Dico. ⌋3⁹ eius opatio ibi⌊ Lingua. ⌋Cir/
ca emanationē ei⁹ a p̄re ponit q̄tuor. ꝓ⁹ ei⁹ nālem pro
ceſſionē: cū dicit⌊ Eructauit. ⌋q̄ð eſt quedaȝ emana
tio de plenitudīe. vñ ꝓceſſus filij a p̄re eſt diuina eru
ctatio. q̄ ꝓcedit ex plenitudīe diuine nāe. Io. 1. Pr̄ dili/
git filiū ⁊c. 2⁹ poniť modū emanatiōis: q̄ nō corpaliť
nec de aliq̄ alia nā emanauit: ſȝ ad modum ſpiritalis.
Cor meū q̄ſi nō ex nullo nec de alia eēntia: ſȝ de corde
meo. ꝓs. Ex utero añ luciferū genui te. 3⁹ poniť ꝓprie/
tas ꝓcedētis. q̄⌊ Uerbū. ⌋Io. 1. In ꝓn⁹ erat v̄bum.
Itē poniť pfectio ꝓcedētis. q̄⌊ Bonū. ⌋q̄ſi hñs ple/
nā bonitatē diuinitatis. Luc. 18. Nemo bonus niſi ⁊c.
Uirtus oñdiť cū dicit⌊ Dico ego. ⌋i. ꝑ uerbum facio
⌊ oia mea opa regi. ⌋i. ad honorē regis. ſ. filij q̄ ē vn⁹
de⁹ mecū. Io. 1. Oia per ip̄m facta ſūt. Propria ope/
ratio deſignaf cū dicit⌊ Lingua mea calam⁹ ſcribe. ⌋
q. d. q̄ ipſe eſt lingua mea. eſt etiā calam⁹ ſcribe. In ſa
cra ſcriptura operationes metaphorice deſignanť ꝑ
inſtrūa uel mēbra que ſunt operationū ꝓn⁹. ⁊ ſic ꝑ lin/
guam ⁊ calamū opatio dei deſignaf ꝯueniēs lingue ⁊
calamo. Opatio lingue eſt q̄ per eā diffundiť ſapiētia
cordis ad alios. per calamū aūt deſignaf q̄ ſapia que
eſt in corde tranſfundiť in mām ſenſibilem. ſ. ꝑgame/
num. Deus aūt ⁊ loqtur ⁊ ſcribit. Loqtur qñ trāſfun/
dit ſapiam ſuā in mentes rōnales. ꝓs. Audiā q̄d loq̄/
tur in me dñs deus. Et h̄ dī uerbū. q̄ per ip̄m eſt oīs
illuminatio. Io. 1. Et vita erat lux hoīum. Scribit: q̄
indicia ſue ſapie īprimit in rōnabilib⁹ creaturis. Ro.
1. Inuiſibilia dei ⁊c. Eccl'i. 1. Deus effudit illā ſup oia
opera ſua. Sicut eni reſpiciēs librū cognoſcis ſapien
tiā ſcribētis: ita cum nos videmus creaturas cogſci/
mus ſapiam dei. Calam⁹ igiť eſt uerbum dei.

¶ Specioſus forma p̄e filijs hoīuȝ: diffuſa eſt
gratia in labijs tuis: propterea benedixit te
deus in eternum.

¶ Premiſſo proemio ſm vnū ſenſū: uel chriſti diuinita
teȝ ſm aliū ſenſū. Hic poniť cōmendatio chriſti ſȝ hu
manitatē. Et q̄ dixit Dico ego opera mea regi. com/
mendat chriſtū ſm ſilitudinē regis. ſ. dauid a q̄tuor. ſ.
a gratioſitate. a bellica v̄tute. a iudiciaria poſtē: ⁊ a de
litiaruȝ multitudine. 2⁹ pars ibi⌊ Accingere. ⌊3ᵃ ibi
⌊ Sedes. ⌋4ᵃ ibi⌊ Mirra. ⌋Circa ꝓᵐ duo facit. pri
mo deſcribit gratioſitatē regis. ſecūdo cām uel effectū
ibi⌊ Propterea. ⌋Nō q̄ duo ſenſus vigēt in hoīe ꝓn

Pſalm⁹ epithala/ mus.
In pſalō agitur de ſpōſo chri ſto ⁊ ſpon ſa eccl'ia. Lirinus.

Dionyſii alia expō

Logt' de us ⁊ ſcri bit.

Chriſtus

cipaliter.ſ.viſus ⁊ audit⁹. vñ p hec duo aliqs grõſus appet. per pulchritudinẽ viſui: per gratioſũ vbũ audi/tui. Uñ hec duo pcipue fuerũt in chõ. vñ Can̄.2. Oñ de mihi faciẽ tuã: ſonet vox tua in aurib⁹ meis. Uox eni tua dulcis ⁊ facies tua decora. Jp̄e eni pulcher fu it ⁊ eloquẽs i hijs que decuit ſuã eloquẽtiã. ℂ Quã tũ ad p̄m dicit ⌊ Speciosus forma. ⌋ Et nõ q in chõ quadruplicẽ pulchritudinẽ. vnã ſm formã diuinam. Phil.2. Qui cũ in forma dei eẽt. Et ſʒ hãc fuit Spe ciosus pre filijs hoiuʒ. Nã oẽs tñ hñt grãm ſm redũ dantiã ⁊ pticipationẽ. ſʒ iſte per ſe ⁊ plene. Col.2. Jn eo hitat oĩs plenitudo diuinitatis corpaliter. Heb.1. Cũ ſit ſplẽdor glie ⁊ figura ſbſtãtie ei⁹. Sap.7. Can/dor eſt lucis eterne: ⁊ ſpeculũ ſine macula dei maieſta tis. Alia eſt pulchritudo iuſtitie ⁊ veritatis. Hiere.31. Bñdicat tibi dñs pulchritudo iuſtitie. Jo.1. Plenum grẽ ⁊ vitatis. Alia eſt pulchritudo ꝯuerſationis bone ſte. Et de hac p̄ᵉ Pe.ult. Forma facti gregis. Et hac forma fuit ſpecioſus pre filijs hoium: qꝛ ſua ꝯuerſatio fuit magis honeſta ⁊ vtuoſa q̃ʒ alicui⁹. p̄ᵉ Pe.2. Pec catũ nõ fecit nec inuẽtus eſt dolus in ore ei⁹. Aug⁹ in origiali. Nobis cernẽtib⁹ vbiqʒ ſpecioſus pulcher in maib⁹ parẽtũ. pulcher in miraculis: pulcher in flagel lis: pulcher deponẽs aiaʒ: pulcher i paſsiõe: pulcher i ligno: pulcher i celo. 4ᵃ eſt pulchritudo corpis. ⁊ hec etiã chõ ifuit. Can̄.1. Ecce tu pulcher es dilecte mi.

Queſtio de forma corporis chriſti.

Sed nunquid ſm hãc pulchritudinẽ fuit ſpecioſus pre filijs hoiuʒ? Uidet q nõ: qꝛ Jſa.53. dĩ. Uidim⁹ ⁊ nõ erat i eo ſpẽs neqʒ decor. Jtẽ per rõnẽ pbat: q chrs voluit paupta tem hẽe: ⁊ nõ uti diuitijs: ut doceat eas ꝯtẽnẽdas. Sʒ ſicut iſta ſũt ꝯtẽnenda. ita pulchritudo corpalis. Pro uer.ult. Fallax grã ⁊ uana eſt pulchritudo.

Solutio.

Respondeo dicẽduʒ q pulchritudo ſani tas ⁊ hi⁹ dicunt quodãmõ p reſpectũ ad aliqd: qꝛ aliq̃ ꝯtẽperatio humoꝝ facit ſani tatẽ in puero que nõ facit in ſene. Aliq̃ eſt eni ſanitas leoni que eſt mors hoi. Uñ ſanitas eſt pportio humo rũ in cõparatione ad talẽ nãʒ. Et ſilr pulchritudo ꝯſi ſtit in pportiõe mẽbroꝝ ⁊ coloꝝ. Et iõ alia eſt pulchri tudo vni⁹. alia alterius. ⁊ ſic hanc pulchritudinẽ chrs ſm q cõpetebat ad ſtatũ ⁊ reuerentiã ſue ꝯditiõis ha buit. Nõ eſt g̃ intelligendũ q chrs hũerit capillos fla uos uel fuerit rubeus: qꝛ h̃ nõ decuiſſet eũ: ſʒ illã pul chritudinẽ corpalẽʒ hũit ſũme: que ptinebat ad ſtatũ ⁊ reuerentiã ⁊ gratioſitatẽ in aſpectu: ita q quoddam diuinũ radiabat in vultu ei⁹ q oẽs eũ reuerebant: ut Aug⁹ dicit. ℂ Ad p̄m dicendũ pphetã velle exp̄mẽ ꝯtẽptum chriſti in paſſione in qua deformata fuit ſui corpis forma pre multitudie afflictionũ. ℂ Ad aliud dicendũ eas diuitias ⁊ pulchritudines ꝯtẽnẽdas qb⁹ male utamur. ℂ Gratioſus etiã fuit in vbo. vnde dic ⌊ Diffuſa eſt grã in labijs tuis. ⌋ Ecci.6. Lingua eu charis in bono hoie abũdabit. Et grõſuʒ uerbuʒ ei⁹. ℂ Tripl̄r ppter ea que aliqs dicit. Reputat vbũ ei⁹ gratioſũ: qñ.ſ. dicit ea que placẽt ⁊ utilia. ſic vbũ chri fuit gratioſũ: qꝛ leuia iponebat ⁊ quietẽ pmiſit. Mat. 11. Uenite ad me oẽs qui laboratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego reficiã uos. Jo.6. Dñe ad quẽ ibimus? Uerba vi te eterne hẽs. Jtẽ aliqs hẽt grõſuʒ uerbũ pp ordinatuʒ modũ pferendi ⁊ ſeruentẽ: ⁊ ſic hũit ordinatũ ⁊ ſeruẽ teʒ modũ chriſtus in pferẽdo. p̄s. Jgnitũ eloquʒ tuũ. Jtẽ aliqs dĩ hẽre gratioſũ vbuʒ pp efficaciã ad perſua dendũ: ſic etiã hũit chriſtus. Matth.7. Erat docens in tẽplo ſic ptãteʒ hñs. Et iõ dicit Luc.21. q oĩs po pulus manicabat ad eũ. i. mane ueniebat ad eũ in tẽ/plo audire eũ. Et Jo.7. Nunq̃ʒ ſic loquut⁹ eſt homo. ⌊ Propterea bñdixit te de⁹ in eternũ. ⌋ Hic ponit uel cã uel effectus. Sicut dictũ eſt: bñdicẽ dei ſignat effe ctũ bonitatis: uel ei⁹ collatione bñficij. De⁹ itaqʒ hoi chriſto duplex bñficiũ ꝯtulit glie ſiue regni. ⁊ h̃ eſt pre miũ meritoꝝ chriſti. Phil.2. Propter qõ ⁊ de⁹ exalta uit illũ. Et ſic li ppterea denotat cãm meritoriã. q.d. Quia tu es ſponſus in forma: grõſus in doctrina. ⌊ p/pterea bñdixit te de⁹ in eternũ. ⌋ bñdictiõe ſpũali re/gni. Geñ.22. Jn ſemine tuo bñdicent oẽs gẽtes. Aliõ eſt bñficiũ grẽ: ⁊ ſic eſt ſenſus. ⌊ Propterea bñdixit te deus in eternum. ⌋ ut tu eſſes ſponſus ⁊ eſſet diffuſa gratia in labijs tuis.

ℂ Accingere gladio tuo ſuper femur tuum po tentiſſime. Specie tua ⁊ pulchritudine tua.

ℂ Hic deſcribit vtute potens. Et p̄º ponit eius bellica vtus. 2º eius in bello pceſſus ibi ⌊ Jntẽde. ⌋ 3º effect⁹ ibi ⌊ Et deducet te. ⌋ Uirtus bellica ꝯſiſtit in fortitu dine nãli ⁊ in pparatiõe armoꝝ. Primo ergo ponit fortem preparationem armorum: cũ dicit ⌊ Accingẽ gladio tuo. ⌋ ſm aliã lrãm dicit ⌊ Sup femur tuũ po tentiſſime. ⌋ Ubi deſignat vtus armoꝝ. Can̄.3. Unuſ quiſqʒ enſis ſup femur ſuũ. Sed ſʒ glo. aliud eſt acci/gi: qꝛ q accigunt parant ad bellũ. ſ. milites. 1. Mach. 3. Accingimini ⁊ eſtote filij potẽtes ⁊ eſtote parati in mane: qm melius eſt nob̄ mori in bello ⁊c̃. Aliud eſt p̄cingi: qꝛ precingunt q parant ad ſuiendũ. Luc.12. Precinget ſe ⁊ faciet illos diſcũbere ⁊c̃. Aliud eſt ſuc/cingi: qꝛ ſuccingunt qui parant ad ambulandũ. Ecci. 36. Latro ſuccinct⁹ exiliẽs de ciuitate. Aliud eſt diſcin gi: qꝛ diſcingunt qui uadũt ad quieſcẽdũ. 3. Reg.20. Nõ glorieт accinctus eque: ut diſcinct⁹. Gladi⁹ chri/ſti eſt doctrina ei⁹. De h̃ gladio hẽtur Eph.ult. Gladi us ſpũs q eſt vbũ dei. Hoc gladio poſuit chriſtus di/uiſionẽ in h̃ mũdo: ut bona diſcernant a malis. Mat. 10. Non ueni pacẽ mittẽ ſʒ gladiũ. Hic gladius eſt ex utraqʒ pte acut⁹: ut teſtat Apoc.1. qꝛ de eternis ⁊ tẽ/poralib⁹ iſtruxit. Et eſt ſup femur: qꝛ organo hũanita tis uerbo doctrine uſus eſt. Jſa.52. Ego ipſe q loque bar: ecce aſſũ. ⌊ Potẽtiſſime. ⌋ ubi oñt ei⁹ vt⁹ ſeu po tẽtia nãlis. 1. Reg.2. Nõ eſt fortis ſicͭ deus nr̃. Job.9. Si fortitudo querit robuſtiſſim⁹ eſt. ⌊ Specie tua ⁊ pulchritudine tua. ⌋ ſʒ Hiero^m ⁊ Heb. hoc q̃d dicitur ſp̄e ꝯiungit cũ h̃ q dicit potẽtiſſime: ⁊ eſt totũ ſb vno vſu: ⁊ ſic vno mõ legit in glo. ⁊ ſic ſi ꝯiungat cũ poten tiſſime: ſic eſt ſenſus. Tu chriſte es potẽtiſſim⁹: ſpecie tua. ſ. hũanitatis ſm quã etiã eſt maxim⁹ vtute. Can̄. 5. Spẽs ei⁹ ut libani. ⌊ Et pulchritudine tua. ⌋ ſ. diui tatis. Sap.13. Quoꝝ ſi ſp̄e delectati deos putauerũt ſciãt quãto hijs dñator eoꝝ ſpecioſior eſt. Uel eo potẽ tiſſim⁹ ⌊ ſp̄e tua. ⌋ i. ſpõſa ⌊ pulchritudie tua. ⌋ vñ Hie ro⁹ hẽt. ⌊ Laude tua. ⌋ qꝛ ex hoc es laudabilis. ⁊ glio/ſus: qꝛ es armatus ⁊ fortis.

Gladius ſignat doctrinas.

ℂ Jntẽde pſpere pcede ⁊ regna. Propter ue/ritatẽ ⁊ mãſuetudinẽ ⁊ iuſtitiaʒ: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute ppli ſub te cadẽt in corda inimicoruʒ regis.

ℂ Pſalmus ſup ad cõmẽdationẽ chriſti poſuit fortitu/dinẽ ⁊ apparatũ regis. Hic aũt agit de ei⁹ pceſſu. Et circa h̃ duo facit. p̄º pponit pceſſuʒ regis. 2º ei⁹ cãm ibi ⌊ Propter vitatẽ. ⌋ Circa p̄m ſciẽdũ eſt q loco iſto ruʒ triũ que hic ponunt. ſ. ⌊ Jntẽde pſpere pcede. ⌋ Jn pſalt̃o hieronymi hẽtur vnũ tñ. ⌊ Proſpere aſcẽ de. Jn aſcẽſu deſignat pceſſus. Hiere.49. Leo aſcen/dit ⁊ ſupbia iordanis ad pulchritudinẽ robuſteʒ. Uñ manifeſtũ eſt q hec ptinent ad quãdaʒ pfectionem ⁊

aſcēſū. In aſcēſu bellicoſi ſūt tria. p̄n^m: mediū: ⁊ finis. Pͥcipiū oȝ eē diligēs ⁊ diſcreta ꝯſideratio. Prouer. 24. Cū diſpōne initur bellū. Et Luc. 14. ꝙ rex iturus ad bellū pͥus ⁊c̄. Vñ ⌊ Intēde. ⌋i. diligenter ꝯſidera. In chřo aūt intendē deſignat diſpōnē mīe ei⁹ qua intēdit ad ſalutē hūani gn̄is. ꝑs. Intende in adiutorium meū. Mediū eſt ꝓſper ꝓceſſus. Proceſſus aūt chři ītelligit dupl̄r. Uno mō ſ3 ꝙ ex utero v̄ginis ꝓceſſit in natiuitate. ꝑs. Tanq̄3 ſpōſus ꝓcedens de thalamo ſuo. Et hic fuit ꝓſper ꝓceſſus: q2 ſine peccō natus eſt: ⁊ m̄ri nō abſtulit v̄ginitatē nec dolorē intulit. Alio mō ſ3 ꝙ ꝓceſſit de hoīe ad hoīe3 ꝯuertēdū hunc ⁊ illū. Et in h̄ fuit ꝓſpere: q2 tandē ꝑuenit ad ꝯuerſione3 tota⁹ mūdi. Iſa. 55. Faciet quecūq3 uolui: ⁊ ꝓſperabit in hijs ad que miſi illū. ꝑs. O dñe bñ ꝓſperare. O, dicit ⌊ Intēde. ⌋ꝑōt ꝯiūgi cū h̄ qd̄ dic̄ ⌊ Sp̄e tua. ⌋q. d. Ergo ſpōſe v̄tute hūanitatis ⁊c̄. ⁊ pulchritudine diuinitatis intende. Finis ei⁹ regnū eius. ꝑs. Regnabit deus ſup oēs gētes. Finis ei⁹ ꝙ regnet per fidē in cordibus hoīu3. Luc. 1. Et regnabit in domo iacob. Et iō dicit ⌊ Et regna. ⌋Cū ꝓceſſus eſt ꝑꝑ v̄itatē. Et h̄ uel cā diſpoſitiua uel finalis per li propter. p̄ᵒ dicat ſm ꝙ eſt cā diſpoſitiua ſ3 ꝙ in hieronymo h̄etur. ⌊ Propt̄ v̄bu3 v̄itatis ⁊ mānſuetudinē iuſtitie. ⌋Notādū ꝙ duo ſūt neccīa: ut rex ꝓſpere agat. p̄ᵒ. ſ. ut ei credat: q2 ſi nihil ei crederet ⁊ ipſe alijs crederet non poſſet plus q̄3 vn⁹ hō. Prouer. 17. Nō decēt ſtulta v̄ba cōpoſitū. 2ᵒ ꝙ diligat: q2 ſi nō diligit nō pōt ꝓſperari ī regno: nec in negocijs ſuis: ⁊ h̄ facit fieri mānſuetudo ⁊ clementia regis. Eccī. 3. Fili in mānſuetudie opa tua pfice. Et ita hec duo diſpondt ad ꝓſpitatē regis. Prouer. 20. Miſericordia ⁊ v̄itas cuſtodiūt regē. ꝑs. Mānſueti hēditabūt terrā. S3 ſ3 lr̄a3 nr̄am ad h̄ ut rex poſſet ꝓſperari in negocijs ſuis oȝ hr̄e tria. ſ. v̄itatē: mānſuetudine3: ⁊ iuſtitiā. Et iſta tria fecerūt ꝓſperari chřm. q2 fuit uerax in docēdo. mānſuet⁹ in patiēdo. iuſtus in operādo. De p̄ᵒ Mat. 22. Scim⁹ q2 uerax es ⁊c̄. De 2ᵒ. i. Pe. 2 Cū pateret nō cōminabat. Hiere. 11. Ego ſicut agn⁹ mānſuetus ⁊c̄. De 3ᵒ. Quis in nullo a iuſtitia diſceſſit. ꝑs. Fidelis dñs in oib⁹ v̄bis ſuis. Si autē3 li propter deſignat cām finalē ſic eſt ſenſus. ⌊ Intēde ꝓſpere ꝓcede ⁊ regna. ⌋i. ut facias v̄itatē. Chřs aūt fecit v̄itatē dupl̄r. ſ. implendo ꝓmiſſiones ⁊ adimplēdo figuras. Ro. 15. Dico aūt chřm ieſu3 miniſtrū fuiſſe circūciſionis ad ꝯfirmādas ꝓmiſſiōes patrū. 2. Cor. 1. Quotqͥt ꝓmiſſiones dei ſūt in illo. Et iterū ꝑꝑ mānſuetudinem deriuāde3 in diſcipulos. Matth. 11. Diſcite a me ⁊c̄. Itē regna ꝑꝑ iuſtitiā. Jo. 5. Pr̄ oē iudiciu3 dedit filio. ⌊ Deducet te mirabilr̄ dextera tua. ⌋ Hic eſt modus determinati ꝓceſſus. Procede ꝓſpere. ⌊ Et quō deducet te dextera tua. ⌋Et loqͭ ad ſilitudinē bellicoſi q ſi hēt hoſtē ꝯtra ſe dr̄ ſibi op3 ꝙ manus tua faciat tibi viam. ⁊ ſic bellando trāſibis. q. d. Procede ſi manus tua dextera faciat tibi viā. Et h̄ mirabiliter q2 oēs mirabunt. Hiero⁹ hēt. ⌊ Docebit te dextera tua. ⌋i. du3 facies magnifica: man⁹ tua oñdet te mirabilē. Vñ in alio pſalmo hētur. ⌊ Man⁹ tua deducet te. ⌋S3 dicendū ꝙ lr̄a iſta nō eſt ꝯtra illā: q2 chřs eſt deus ⁊ hō. Et ideo ſ3 ꝙ eſt de⁹: eadem eſt dextera ſua ⁊ p̄ris. Et deduxit chřm dextera ſua mirabilr̄ in oppugnationē hoſtiū. Exo. 15. Dextera tua dñe magnificata eſt i fortitudine. dextera tua dñe percuſſit inimicū. Et in operatione miraculoꝝ v̄tute ſue diuinitatis. Vñ parauit ſibi viā in corde hoīum. ꝑs. Dextera dñi fecit v̄tutem. Et ſi ꝯſiderem⁹ viā mirabilis eſt. Heſter. 15. Valde enī mirabilis es dñe. Itē dicta eſt mirabilis. ꝑs. Mirabilia opa tua. ⌊ Sagitte tue acute. ⌋q. d. Ideo parabit tibi viā: q2 ſagitte tue ſūt acute. Et ponit hic v̄tus armoꝝ ⁊ effect⁹ eoꝝ. Arma chři ſūt ſagitte que ſūt v̄ba chři que dicunt ſagitta ꝑꝑ tria. p̄ᵒ q2 ſagitta ſuo acumine uſq3 ad cor penetrat. Oſee. 2. Ducā eā in ſolitudinem: ⁊ loquar ad cor ei⁹. Ita v̄ba chři. Heb. 4. Viuus ē ſmo dei ⁊ efficax: ⁊ penetrabilior oī gladio ancipiti. Itē ſagitta velociter mouet. Sap. 5. Trāſitus vite ⁊c̄. Sic v̄bū chři ſubito totū orbē impleuit. q2 fere per totū mūdū ante deſtructionē hieruſm ſmo chři fuit diffuſus. ꝑs. Velocit̄ currit ſermo ei⁹. Itē ſagitta ad remota attingit. ſic etiā ſmo chři. ꝑs. In oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ ⁊c̄. Et ſic ſermo dei eſt gladius inquantu3 vulnerauit iudeos q ꝯuerſi ſūt ad chřm q erāt prope. Propter qd̄ dictū. Accingē gladio tuo. ⁊ eſt ſagitta etiā quantū ad remotos gētiles ꝑuenit. ⁊ ꝯuerſi ſūt ad chriſtū. Eph. 3. Euāgelizauit pacē uobis q longe fuiſtis: ⁊ pacē hijs qui ꝓpe. ⌊ Populi ſub te cadent. ⌋ Hic ponit effect⁹ v̄bi diuini qui eſt ꝯuerſio ppl̄i ad deū vinū ⌊ populi ⁊c̄. ⌋i. oēs ad te currēt. Phil. 2. In noīe ieſu oē genu flectat ⁊c̄. S3 qd eſt qd̄ addit: ⌊ In corde inimicoꝝ regis. ⌋Hoc poteſt dupl̄r intelligi. Uno mō ut ꝯiungat cū p̄ᵃ clauſula hui⁹ v̄ſus. ⌊ Populi ſub te cadent. ⌋ut ſit interpoſitio ⁊ ſic eſt ſenſus. Sagitte tue acute intrāt in corda inimicoꝝ regis. Verba tua ſūt ſicut ſagitte que penetrant corda ⁊c̄. Et ex h̄ populi ſub te cadent. Alio mō ut cōiungat cū hac. populi ſub te cadēt. ⁊ hoc in corda uel in corde inimicoꝝ regis. i. tui qui es rex. Quedā eni ſbijciunt violēter ſicut mō ſbijciunt inimici. Et de hac ſubiectione dicit ſe nō loq: ſ3 de voluntaria. ⁊ iō dicit ⌊ In corda. ⌋q. d. ſm illa corda ſubijciant ſm que inimicabant chřo. ꝑs. Voluntarie ſacrificabo tibi. Vel alit̄. ⌊ Sagitte tue acute ppl̄i ſub te cadent. ⌋in corda inimicoꝝ regis. Populi dico qui erāt inimici regis. i. chři. q. d. Illi qui erāt cōtra regem. ſ. chřm ſbijcient ei. Et ad lr̄a3 ſic factū eſt: q2 gentiles qui conati ſūt deſtruē fidē chři nūc ſuīunt chřo. Iſa. 55. Ecce gētes q̄s neſciebas uocab. ꝑs. Populus quē non cognoui ſuiuit mihi.

Duo optima in principe.

Verbum chři ſagitte cōparatur ꝓpter tria.

℗ Sedes tua deus in ſeculū ſeculi: virga directionis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam ⁊ odiſti iniquitatē propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis.

℗ Sup̄ pſalmiſta cōmēdauit chřm a ꝯſocitate ⁊ bellica v̄tute: hic cōmēdat eū a iudiciaria p̄tāte. Et p̄ᵒ deſcribit eius iudiciariā p̄tāte3. 2ᵒ p̄tātis exequutionem ibi ⌊ Virga directiōis. ⌋3ᵒ rōne3 ibi ⌊ propterea vnxit. ⌋ Dicit ḡ. ⌊ Sedes tua de⁹. ⌋ Per ſedē in ſcriptura iudiciaria p̄tās deſignat. ꝑs. Illic ſederūt ſedes in iudicio. Chřo aūt iudiciaria p̄tās ꝯuenit ſiue cōpetit. Joā. 5. Pr̄ oē iudiciū dedit filio. ⁊ iō per ſedē chři ei⁹ p̄tās accipit. Matth. 19. In regñatione cū ſederit fili⁹ hominis ⁊c̄. S3 hāc etiā iudiciariā p̄tāte3 hñt etiā p̄lati ⁊ reges. uerū eſt: ſ3 ſic miniſtri. Sap. 6. Cū eſſetis miniſtri regni illi⁹: nō rōne iudicaſtis. S3 chřs ſic principalis iudex: ⁊ ſicut uerus de⁹. ⁊ iō dicit ⌊ Sedes tua de⁹. ⌋ Dñi eni vindicta eſt. ⁊ hic expreſſe loqͭ de chřo: q2 dirigit ſmonē ſuu3 deo. De h̄ Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei ſedē in throno meo: ſic̄ ⁊ ego vici ⁊ ſedi i throno. Iſa. 6. Vidi dñm ſedentē ſup thronu3. Itē eſt aliā p̄tās iudiciaria tpalis: alia ꝑpetua. Et talis eſt p̄tās filij dei. Vñ dicit ⌊ In ſeculū ſeculi. ⌋q2 de eternis eſt iudiciū ei⁹. Dañ. 7. P̄tās ei⁹ p̄tās eterna. Sic igit deſcribit dei p̄tāte3 dignitatē ⁊ eternitatē. ℗ Cōſequēter agit de exequutiōe p̄tātis cum dicit ⌊ Virga directionis. ⌋Et p̄ᵒ ponit exequutio p̄tātis. 2ᵒ eius expō.

Sedes qd notet in ſcriptura.

Regĩ neceſſitas ꝛ cõditio.

Neceſſe enĩ eſt ꝙ rex cohibeat delicta: q̃ ut p̃hs dič. Si aĩ hoĩu zeẽnt a deo ordinati ꝙ obedirẽt monitioni p̃ine nõ eẽnt neceſſ reges ꝛ iudices. vñ ut ingeti corrigant neceſſ ſt reges. Uñ hñt ſceptrũ. Prouer. 22. Stultitia colligata eſt in collo pueri: ꝛ v̓ga diſcipline fugabit eã. Sʒ hẽt v̓gaʒ ad hoſtes cohercẽdos. pš. Reges eos in v̓ga ferrea. Itẽ ad ſ̓bditos gubnãdos. Mich. ult. Paſce populũ tuũ in v̓ga tua. ꝛ iõ dicit. Uirga regni tui eſt v̓ga directiõis. i. ad ducẽdũ populuʒ in via recta: q̃ hec eſt finis legis ꝛ regiminis: ut nõ excoriẽt: ſʒ ut faciãt v̓tuoſos: ꝛ hec eſt finis politice ꝛ h̓ cõuenit chõ. pš. Dirige me i v̓itate tua ꝛ doce me. Sʒ hec directio ꝯſiſtit ut hõ declinat malũ ꝛ adhereat bono. Iſa. 30. Hec eſt via ambulate in ea ꝛ nõ declinetis neq̃ ad dexterã: neq̃ ad ſiniſtrã. i. neq̃ p exceſſuʒ: neq̃ per defectũ. Et iõ dicit Dilexiſti iuſticiã. Itẽ oʒ odire iniq̃tatẽ: q̃ ſi nõ diligat iuſticiã non duceret ad bonũ. Et h̓ maxie fecit chõs: q̃ iuſtus dñs ꝛ iuſticias dilexit. Itẽ ſi nõ odiſſt iniq̃tatẽ nõ puniſſt. Et q̃ chõs maxie odit iniq̃tatẽ. ꝓpterea puniſſt malos. Propterea unxit. Hic ponit cã uel finalis uel effectiua. q. d. Ideo o pat̓ eſt iuſtitiã ut de̓ vngat te. ¶ Sed nunquid meruit chõs hãc vnctionẽ? Nõ: ſʒ meruit manifeſtationẽ hui̓ vnctiõis. Et in ſcriptura dĩ aliq̃d fieri qñ inoteſcit. Et chõs p paſſionẽ meruit exaltationẽ in fide oĩuʒ pplop. ꝛ ſic lr̃a Propterea. deſignat cãʒ finalẽ. Sed ſi ſit cã effectiua ſic itelliget. q. d. Ut ſedes tua ꝛ v̓ga ꝛc̃. ꝓpterea vnxit te de̓. In ueteri teſtamẽto vngebantur ſacerdotes ꝛ reges: ut patet de dauid. 1. Reg. 16. ꝛ de Salomone: ut pʒ. 3. Reg. 1. Et ꝓphẽ inungebant: ut patet de Heliſeo q̄ iunct̓ fuit ab helia. 3. Reg. 19. Et hec cõueniũt chõ q̄ fuit rex. Luč. 1. Regnabit in domo iacob in eternũ. Itẽ fuit ſacerdos qui ſeip̃m obtulit deo ſacrificiũ. Eph. 5. Itẽ fuit propheta q̄ p̃nũciauit viã ſalutis. Deut. 18. Prophetã ſuſcitabit dñs de filijs iſrael. Sʒ quõ vnxit? Nõ oleo viſibili q̃ regnũ ei̓ nõ eſt de h̓ mũdo. Io. 18. Itẽ nõ eſt funct̓ ſacerdotio mãli: ꝛ iõ nõ mãli oleo vnct̓ ſʒ oleo ſpũs ſci. ꝓpterea dicit Oleo letitie. Et dĩ ſpũs ſanctus oleũ: q̃ ſupeminet oĩb̓ liquorib̓: ꝛ ſpũs ſcũs oĩbus creaturis. Geñ. 1. Spũs dñi ferebat̓ ſup aquas. i. deʒ eẽ ſup oĩa in cordib̓ hoĩum: q̃ eſt amor dei. 2° pp ſuauitatẽ ſuã. Mĩa ꝛ oĩa ſuauitas mentis a ſpũ ſancto eſt. 2. Cor. 6. In ſuauitate mãſuetudis ſpũs ſci. 3° q̃ oleũ diffuſiuũ: ſicut ſpũs ſcũs eſt coĩcatiu̓. 2. Cor. ult. Coĩcatio ſci ſpũs ſit ſemp cũ oĩb̓ uobis amẽ. Ro. 5. Charitas diffuſa eſt in cordib̓ nr̃is p ſpm̃ ſanctũ. Itẽ oleũ eſt fomentũ ignis ꝛ caloris: ꝛ ſpũs ſcũs fouet ꝛ nutrit amoris calorẽ in nob. Cant. ult. Lãpades ei̓ lampades ignis. Itẽ oleũ illumiat: ita ꝛ ſpũs ſcũs. Iob 32. Inſpiratio oĩpotẽtis dat intelligentiã. Sed dicit. Deus deus. Hec lr̃a de̓: uel eſt noĩatiui caſus ul̓ uocatiui. ꝛ iõ in latino eſt dubiũ: ſʒ i greco nõ: q̃ ibi vnũ eſt caſus noĩatiui ꝛ aliud uocatiui: q̃ dicit. O deus deus tuus vnxit te oleo letitie. Et dat̓ intelligi ꝙ loquit̓ de chõ qui eſt de̓: ꝛ nõ põt inungi inq̃ntũ deus: q̃ ſm ꝙ de̓ nõ põt ꝓmoueri. ꝛ iõ opʒ aliquid accipi in chriſto in quo vngat̓: ꝛ hec eſt humana nã. Et ſʒ hãc hẽt deũ q̃ ſm ꝙ deus nõ hẽt deũ. Et dĩ oleũ letitie: q̃ in tpe letitie orientales vngebant ſe oleo. Iſa. 61. Oleũ gaudij pro luctu. Spũs ſcũs eſt cã gaudij. Ro. 14. Et gaudiũ in ſpũ ſcõ. Gal. 5. Charitas gaudium pax: q̃ ſpũs ſcũs non põt eẽ in aliquo quin gaudeat de bono ꝛ ſpe futuri boni. vñ dicit Pre cõſortib̓ tuis. q̃ chõs fuit vnctus pre oĩb̓ alijs ſcis. Io. 1. Uidimus eum plenũ grẽ ꝛ v̓itatis. Conſortes eius dicunt̓

Spũs ſ. oleo aſſimilat̓ rõnib̓ pluribus.

inungi: q̃ q̃cq̃d hẽtur de oleo iſto. i. de grã ſpũs ſci eſt ex redundantia chĩ. Io. 1. De plenitudine eius oẽs accepimus. pš. Sicut vnguentum in capite ꝛc̃.

¶ Mirra ꝛ gutta ꝛ caſia a ueſtimentis tuis a domibus eburneis ex quibus delectauerũt te filie regum in honore tuo.

¶ Hic agit de delitijs regis ꝛ deſcribit has delitias ex q̃tuor: ex ueſtitu: ex hitaculo: ex miniſterio: ꝛ ex ꝯiugio. De p̃° dicit Mirra ꝛ gutta ꝛ caſſia a ueſtimẽtis tuis. Ueſtimẽta chriſti p̃nt eẽ duplicia. ſ. corpus eius. Iſa. 63. Quare rubrũ eſt ueſtimẽtũ tuũ? Itẽ ueſtimentuʒ chĩ ſũt ſci oẽs. Iſa. 49. Hijs oĩb̓ uelut ornamẽto ueſties. Et ab hijs ꝓcedit odor mirre gutte caſſie ſiue de ueſtimẽto qõ eſt corpus ei̓: ſiue de ſcis. Mirra hẽt amaritudinem: ꝛ ſic ſi referat̓ ad corpus chĩ ſignat amaritudinẽ paſſionis. Cant. 5. Digiti eius. ſ. cõfixi ligno: pleni mirra ꝓbatiſſima. Si aũt referat̓ ad ſcõs ſignat pniam. Eccĩ. 34. Sič mirra electa dedi ſuauitateʒ odoris. Ubi nos hẽmus guttã: grecus hẽt aloes. Heb. Stactes. Gutta eſt liquor alicui̓ herbe ꝛ calidũ q̃d: ꝛ ualet ꝯtra inflatiões: ꝛ ſignat humilitatẽ. ꝛ hũilitas maxie fuit in chõ. Matth. 11. Diſcite a me q̃ mitis ꝛc̃. Itẽ fuit etiã in ſcis. Iſa. 66. Sup quem reſpiciã niſi ad paupculũ ꝛ ꝯtritũ ſpũ: ꝛ trementẽ ſmones meos. Aloes eſt ſucc̓ herbe: ſʒ nõ ſumit̓ hic ſic: ſʒ pro quodã ligno ꝛ uocat̓ aloes qõ eſt odoriferum. Stactes eſt gumma mirre qõ eſt ſpecioſius q̃ʒ mirra. Et hec idẽ eſt ꝙ mirra quantũ ad odorem. Caſſia eſt triplex. Quedã eſt caſſia que eſt ſič fiſtula: quedaʒ eſt fruct̓ arboris. ꝛ de hac nõ intẽdit hic: q̃ non eſt aromatica: ſʒ eſt quedam caſſia v̓ga que eſt aromatica. ꝛ ad iſtã refert̓ qõ dĩ hic. Uel ſm glo. eſt quedã arbor caſſiata que naſcit̓ in locis aq̃ticis. ꝛ per hoc ſignat̓ aq̃ lachrymaꝝ uel aq̃ baptiſmalis. q. d. Odor oĩum iſtorũ procedit a ſcis ꝛ corpe tuo. 2. Cor. 2. Chĩ bon̓ odor ſumus. ¶ Ex 2° dicit A domib̓ eburneis. q. d. Redolet etiã a domib̓ tuis eburneis que redolẽt pp iſta aromata. Antiq̃ parietes erant tabulati: apud nos ſũt marmorei. Et ſic apud hebreos ꝛ oriẽtales. parietes erãt tecti ebore. Amos. 3. Peribũt domus eburnee. Dom̓ ſignat fideles. 1. Pe. 2. Et ipſi tanq̃ʒ lapides viui edificamini in domos ſp̃uales ꝛc̃. Eburnee frigide ſignãt caſtitatẽ. Cant. 5. Uẽter ill̓ eburne̓. Itẽ cãdide pp puritatẽ: rubicũde pp caſtitatẽ. Tre. 4. Rubicũdiores ebore antiquo. ¶ Ex 3° ex q̄bus delectauerũt te filie regũ in honore tuo. q. d. Ita eſt delitio ſua ꝙ filias regũ hẽt in miniſterio. q. d. Ueſtimẽta tua parauerũt filie regũ que ſuiũt tibi. Ad lr̃am. Filie regũ mũdanoꝝ delectãt nos ad honorẽ chĩ que dedicauerũt ſe chõ ꝛ mortue ſũt pro chõ: ꝛ h̓ in honore tuo. i. ad tuũ honorẽ: ut q̃ſi nõ ſolũ vnĩ̓. ſ. regis: ſed ẽt filie regũ ſuiunt chõ. Uel aliť. Reges ſũt apl̃i: filij eoruʒ ſũt aĩe fideles. Uel reges ſunt doctores. Apoč. 5. Feciſti nos deo nr̃o regnũ ꝛ ſacerdotes. Filie eoꝝ ſunt pplš chĩanus ꝛ fidelis. 1. Cor. 4. In chõ ieſu p euangeliũ ego uos genui. Hij ſũt filie in honore chĩ: nõ in honore regũ. ſ. Petri ꝛ Pauli ſʒ chĩ. 1. Cor. 1. Nos p̃dicamus chriſtum crucifixuʒ. Iſte delectauerunt iſtis aromatibus.

La° chĩ ex q̃tuor.

Ueſtimẽtũ chriſti duplex.

¶ Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate.

¶ Supra p̃s laudauit chriſtũ ex gr̃oſitate: ex v̓tute bellica: ꝛ ex delitijs. Hic aũt laudat eundẽ ex ſponſa quaʒ deſcribit ex q̃tuor. ſ. quãtũ ad ſponſi p̃ntiaʒ: quãtũ ad dignitatẽ: quãtuʒ ad gloriã: ꝛ quãtũ ad ornatũ. Spõſa chĩ eſt ecclĩa: ꝛ ſpõſe regis dicunt̓ regie. Heſter. 2.

Eccleſie chriſti dignitas.

Jſta eſt heſter ordinata regina. Et hec regina in eccle ſia. 2. Cor. 11. Deſpondi uos vni viro ꝛc̃. Dignitas ei⁹ eſt ꝙ eſt regina. Hec aſtitit ſemꝑ inherēs deo: ꝛ ꝯiun cta. Unñ angeli qui nō mittunt dicunt aſſiſtētes. Dan. 7. Millia milliuꝫ ꝛc̃. ps. Mane aſtabo tibi ꝛc̃. Dicit Grego⁹. Uidet gdē ꝑ fideꝫ. erigit per ſpeꝫ. vnit ꝑ cha ritatē. Glia iſti⁹ regine eſt ꝓrogatiua quā hēt: q꞉ A dextris. ſi. in potiorib⁹ bonis. Unñ ꝛ fili⁹ inquātuꝫ eſt in potiorib⁹ bonis pris ſm ꝙ hō dr eſſe a dextris. Mar. ult. Dñs gdeꝫ ieſus ſedet a dextris dei. Et hec meliora ſūt ſꝫ incōparatiōe ſpūalia tpalib⁹ ſpūalia ſt potiora. Et hec regina aſtitit in ſpūalib⁹. Prouer. 3. Longitudo dierū in dextera ei⁹. Itē ſi ꝑ dexterā ſigni ficent bona opa: hec ſūt potiora q̃ꝫ pctā. Prouer. 4. Uias que a dextris ſūt nouit dñs. Et i hijs aſtitit hec regina. ¶ Ornat⁹ deſcribit cū dicit In ueſtitu deau rato. Hiero⁹ nō hēt. Circūdata varietate. nec he breí: ſed hiero⁹ hēt. In diademate deaurato. in he breo. In maſſa auri. Et ſꝫ nr̃aꝫ lr̃aꝫ ē duplex ueſti mētū eccl̃ie. Unū eſt doctria duoꝝ teſtamētoꝝ. Pro uer. ult. Oēs domeſtici eius ueſtiti duplicib⁹. Et iſte ueſtit⁹ nō eſt aurū ſolū: ſꝫ deaurat⁹ q꞉ eſt refulgēs diui na ſapia: qua hec doctrina eſt plena. Tñ eſt circū amicta varietate. Et pōt referri quantū ad diuerſa gña linguaꝝ: uel quātū ad ꝓfundiorē modū ſapiētie. Ali⁹ ueſtit⁹ eſt opatio v̄tuoſa. ps. Sacerdotes ei⁹ ꝛc̃. Per aurū ađt ſignificat charitas. Geñ. 2. Aurū terre illi⁹ optimū. Eſt eni charitas fulgida ꝛ rubea. Et ideo dr̃ deaurat⁹ q꞉ iformat⁹ charitate. 1. Cor. ult. Oia opa nr̃a in charitate fiant. Uel circūamicta varietate. ſ. diuerſis v̄tutū opibus: q꞉ alij fuerūt aurei per mar tyriuꝫ. alij roſei per gemitū pnie. Col. 3. Induite vos ſicut electi dei ſci ꝛ dilecti viſcera mĩe ꝛc̃. Et pōt ex poni totū hoc de btā v̄gine que regina ꝛ mr̃ regis eſt ꝛ aſtat ſuꝑ oēs choros i ueſtitu deaurato .ſ. deo aura ta diuinitate: non ꝙ ſit deus: ſed q꞉ eſt mr̃ dei.

¶ **Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurē tuā: ꝛ obli uiſcere pplm tuū ꝛ domū patris tui. Et con cupiſcet rex decorē tuuꝫ: qm̃ ipſe eſt dñs de us tuus ꝛ adorabūt eum. Et filie tyri in mu neribus: vultum tuum deprecabuntur oēs diuites plebis.**

¶ Hic cōmēdat ſpōſa q̃drupl'r. ſ. a decore. Ab excellen tia glorie ibi Oīs glia. A ſocietate ibi Adducen tur. Et a prole ibi Pro pr̃ib⁹ tuis. Circa p̃m duo facit. p̃o ponit quō acgrat decoreꝫ ſeu grōſitatem. 2° agit de ipſa grōſitate ibi Et ꝯcupiſcet. p̃o g̃ reddit attenta ipſa ad amonitionē. Unñ dicit Audi filia. Uocat futurā eccleſiā filiā duplici rōne. Una eſt qua ſi loquēs dauid in ꝑſona ſua: q꞉ ſicut inquātū adhere mus chr̃o filio abrahe ſum⁹ filij abrahe. Ita ꝛ filij da uid cui⁹ filius eſt chr̃s. Uel loqtur in ꝑſona apl̃orū ex gb⁹ ſumus ꝓpagati in chr̃o ieſu ꝑ euāgelium. Dicit itaq꞉. Audi filia. Iac. 1. Sit oīs hō uelox ad au diendū. ſ. euāgeliū uel v̄bū chr̃i. Luc. 11. Bti g audiūt v̄buꝫ dei. Uel ſcripturā ꝓphetaꝝ ut credāt chr̃o. Iſa. 53. Quis credidit auditui nr̃o? Et vide. per fidem hic ſꝫ in futuro videbis per ſpeꝫ. 1. Cor. 13. Uidemus nūc ꝛc̃. Uel vide chr̃m natū. Baruch. 3. Poſt hec in terris viſus eſt. Io. 1. Uidim⁹ eū plenū grẽ ꝛ ueritatis Inclina aurē tuā. ſi. ꝑ humilitatē ut obedias. Eccl̃i. 6. Si inclinaueris aurē tuā excipies doctrinā. Obli uiſcere pplm tuū. Monitio imaginaria ꝙ hec regia uenerit ad dauid uel ſalomonē ex pplo alieno. Et iō monet ut memor ſit ſui. Et hoc cōpetit eccl̃ie que uo cata eſt ad chr̃m ex alieno pplo uel iudeoꝝ uel gētiliū q꞉ ſm Aug̃m. Nemo pōt uenire ad vitā nouā chr̃iſti niſi peniteat eū ueteris vite. ſ. pcti. Et iō dicit Obli uiſcē pplm tuū. ps. Trāſierūt de gēte in gentē ꝛ de regno ad pplm alterū. Et domū pr̃is tui. ſ. diabo li. Io. 8. Uos ex pr̃e diabolo eſtis. Ezech. 16. Pr̃ tu⁹ amorre⁹. Uel pcti uel carnalis affect⁹. Geñ. 41. Obli uiſci me fecit de⁹ oiuꝫ laboꝝ meoꝝ ꝛ dom⁹ pr̃is mei. Et h̃ ſignat Deut. 21. De puella captiuoꝝ que dꝫ ra di ꝛ dꝫ plorare patrē ꝛ mr̃eꝫ ſic mortuū. Et ꝯcupi ſcet rex decorē tuuꝫ. Hic ꝓmittit ipſi ſponſe grōſita teꝫ regis. p̃o a rege: ꝛ h̃ eſt amoris. 2° a pplo ꝛ hoc eſt honoris ibi Uultū tuū deprecabunt. Repromittit g̃ regis amorem ꝛ oñdit regis dignitatē. Dicit g̃. Si obliuiſceris pplm tuū ꝛ domū patris tui. rex h̃ acq res decorē ſpūaleꝫ. ps. Dñe dilexi decorē domus tue. Et hic decor ꝯcupiſcit a ſponſo ſpūali. ppterea dicit. Et ꝯcupiſcet rex decorē tuū. Et hic decor eſt pul chritudo iuſtitie. Hiere. 31. Bñdicat tibi dñs pulchri tudo iuſtitie. Concupiſcet. ſi. delectabit in eo. Iſa. 62. Quia cōplacuit dño in te. Et h̃ eſt deſiderandū: q꞉ iſte rex eſt magnus in pr̃ate: in nā: in honore. p̃m ha bet q꞉ rex: iō eſt dñs. ps. Scitote qm̃ ipſe eſt dñs. 2m q꞉ ipſe eſt de⁹. ps. Qm̃ de⁹ magnus dñs. 3m q꞉ adora bunt eū. ſ. remoti: ꝛ oēs ppl̃i totius mūdi. ps. Oēs gē tes q̄ſcunq꞉ feciſti uenient ꝛ adorabunt coram te dñe. Soph. 2. Adorabūt eū oēs viri de loco ſuo oēs inſu le gētiuꝫ. Itē adorabūt eū ꝓpinq. q꞉ filij tyri in mu nerib⁹. q꞉ ſ. tyrus eſt vicina t̃re ꝓmiſſionis. Unñ Fi lie. ſi. habitatores t̃re illi⁹ vultū tuū deprecabunt. ſi. ſedent tibi: ꝛ cū munerib⁹: q꞉ h̃ iplētū qñ mulier cha nanea egreſſa a finib⁹ tyri ꝛ uenit ad ieſum. Matth. 15. Uel vultū tuū deprecabunt oēs diuites pleb. i. viri g ſūt in tyro. Tyrus iterpretat anguſtia. vñ oēs g ſūt in anguſtia depcabunt te. ꝛ ad lr̃am. Oēs ue niebāt ad chr̃m. Luc. 4. Cuꝫ ſol aūt occidiſſet oēs g hēbant ifirmos varijs langorib⁹ ꝛc̃. Iſa. 26. Dñe i an guſtia reqſierūt te in tribulatione murmuris doctria tua eis. Et offerent munera. ſi. ſeipſos. Uel elemo ſynas. Iſa. 19. Uota uouebūt dño ꝛ ſoluent.

¶ **Oīs gloria eius filie regis abintus: in fim brijs aureis circūamicta varietatibus.**

¶ Sup̃ ps cōmēdauit ſponſā a decore. Hic aūt cōmē dat eā quātuꝫ ad gloriā ꝛ intriſecus ꝛ extrinſecus. p̃m facit cū dicit Oīa glia ei⁹. Li eius ſupfluit. vñ con ſtruit expoſitiue ei⁹. ſ. filie regis abint⁹. ꝛ h̃ tripl'r. p̃o q꞉ in interiori ꝯſcia nō in exteriori fama boiuꝫ: ſicͭ eſt fama pctōꝝ. 2. Cor. 1. Glia nr̃a hec eſt teſtimoniū ꝯſcie nr̃e. 2° in interiori iuſtitia nō in exteriori obſuā tia: ſicut in ueteri teſtamento. Ro. 2. Circuncíſio cor dis nō carnis in ſpū nō in lr̃a: cui⁹ laus nō eſt ex hoi bus ſꝫ ex deo. 3° que eſt in ſpe eterna que eſt interna nō in ſpe tpaliuꝫ que eſt extra. Matth. 5. Attēdite ne iuſtitiā ur̃am faciatis corā hoib⁹: ſꝫ cū facis elemoſy naꝫ ꝛc̃. ¶ 2m facit cū dicit In fimbrijs aureis. per has fimbrias intelligit doctrina eccl̃ie. Exo. 28. Ubi dñs mandat ꝙ in fimbrijs ueſtimēti ſacerdotis eſſent tintinabula quoꝝ ſonus audiret. Per ſonū g̃ doctria deſignat. g̃ in doctrina diuine ſapie que ꝑ aurum deſi gnat eſt magna glia. ꝛ tñ eſt. Circūamicta varieta te. ſi. ornata ꝛ ueſtita alijs linguis. i. uarijs modis do cendi. tñ eādeꝫ v̄itatē ſonāt. Act. 2. Loquebant va rijs linguis apl̃i ꝛc̃. Uel aliť. In fimbrijs aureis. ꝛ hoc refert ad iteriorē mūdiciā ꝛ ornatū v̄tutū. circum amicta ad exteriorē. q. d. Oīs glia abintus. ꝛ hec duo ꝓcipue ſūt in fimbrijs aureis. Et pp̄ hoc itelligit finis vite quantū ad totā eccleſiā: uel ad totū hoiem: q꞉ ſm

hec ſunt extreme in veſtimẽto. ⁊ non dicit deaurate: ſ; q̄ ſũt auree. Glo. enim dicit. ꝙ illi q̄ inuenient in fine mũdi erũt pfecti ⁊ ſci. Itẽ hõ q̄zdiu pficit eſt q̄ſi deau rat⁹: ſ; q̃ñ erit in fine: tũc erit tot⁹ repletus charitate. Prouer. 4. Iuſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplẽdens creſcit ⁊ p ficit uſq; ad pfectũ diẽ. ⁊ dicit ⌊ Circũamicta varieta te. ⌋ exteriori. ſ. diuerſaꝝ gentium: uel diuerſaru; gra tiarum virtutum.

❡ Adducent regi virgines poſt eã: proxime ei⁹ afferent tibi. Afferent in letitia ⁊ exultatio ne: adducentur in templum regis.

❡ Hic cõmendat a ſocietate. Et circa h̄ tria facit. p̄ᵒ eni deſcribit ei⁹ ſocietas. 2ᵒ quõ ad ei⁹ ſocietatẽ pueniat ibi ⌊ Offerent. ⌋ 3ᵒ q̃ñ hec ſocietas uel ubi terminet ibi ⌊ Adducent. ⌋ Hiero⁹ hẽt aliť. ⌊ Oĩs glĩa filie re gis a pfaſcijs aureis veſtita. ⌋ Et hic ẽ pũct⁹. q. d. hẽt veſtimentũ faſcijs aureis. Et poſt ĩ varietate cũ alijs ⁊c̃. adducent ⁊c̃. In hebreo aliť. ⌊ Pre iclũſiõe auri veſti mẽta. ⌋ i. circũamicta. Et poſt. Inſup cũ ſtratib⁹ que ſũt plumarie que eã attingũt adducent: ſic indute. Et duo nñat. ṽgines ⁊ pxime. Et ſi accipiant eaſdẽ eẽ: ſic eſt ſenſus. Uirgies iterius. ſ. fideles aie nõ corrupte p pctm̃. ⌊ Adducent regi. ⌋ i. chr̃o qui eſt rex regũ. Ad ducent dico: q: nõ p ſe veniẽt. Io. 6. Nemo venit ad me ⁊c̃. ⁊ iõ dicit Cant. 1. Trahe me poſt te. ſ; adducẽ tur poſt eã vlem eccliaꝫ: q: nullus veniet nec adducet ad chriſtũ niſi ſequat doctrinã eccleſiaſticã. Uñ ⌊ poſt eã. ⌋ i. poſt bcãm ṽginẽ: q: ad chr̃m ei⁹ ṽgines addu cent ad ſuandã caſtitatẽ ⁊ ad exercitiũ aliarũ ṽtutũ. Et hec ſũt pxime eius. ſ. uel eccleſie uel btẽ virgini: ⁊ hec afferent. De illis dicit ⌊ Adducent. ⌋ q: leui⁹ con uertunt ad chr̃m. De iſtis dicit ⌊ Afferent ⌋ q: ipoꝛtu nius trahunt. 2. Thi. 4. Inſta opportune ĩportune. Si ṽo accipiant ut diuerſe: ſic p ṽgines intelligũtur p fecti. ⁊ iſti adducunt: q̄ſi per ſe ire valẽtes. P̄s. Eduxit populũ ſuum in exultatiõe: ⁊ electos ſuos in letitia: q: ⌊ Afferent in letitia. ⌋ interiori ⌊ ⁊ exultatiõe ⌋ exteriori. chr̃o eni voluntarie ſe obtulerũt. P̄s. Uoluntarie ſacrifi cabo tibi. Ul' afferent ab angelis ĩ celũ. Luc. 16. Factũ eſt ut moreret ⁊c̃. ⁊ quo afferent? ⌊ In tẽplũ regis. ⌋ Ubi manifeſtuꝫ eſt ꝙ loqͭ de rege chr̃o deo: q: dicit ⌊ tẽplũ. ⌋ q. d. Ut ipſi ſint tẽplũ regis. 1. Cor. 3. Tem plũ dei ſcm̃ eſt qḋ eſtis vos. Uel ⌊ ut in tẽplo dei ꝯtẽ plent. ⌋ i. ut vacẽt deo. Nã ad h̄ ordinat ꝯſortiũ virgi nuꝫ ut vacẽt deo. 1. Cor. 7. Que nupta eſt mulier co gitat quomodo placeat viro: que autẽ inupta cogi tat quomodo placeat deo.

❡ Pro patrib⁹ tuis nati ſunt tibi filij: ꝯſtitues eos pricipes ſup oẽm terrã. Memores erũt nois tui dñe: in oĩ gñatione ⁊ generationeꝫ. Propterea populi ꝯfitebũtur tibi in eternũ ⁊ in ſeculum ſeculi.

❡ Hic cõmẽdat eã a prole. Circa quaꝫ q̄tuoꝛ ponit. ſ. p lis originẽ: dignitatẽ: officiũ: ⁊ fructuꝫ. Dicit ḡ. ⌊ Pro patrib⁹ tuis nati ſũt tibi filij. ⌋ Filij eccleſie p̄mitiue ſt aplĩ ⁊ coꝝ ſucceſſores. Filij dicunt eẽ nati eccleſie per doctrinã chr̃i ſpõſi eius: ⁊ alij p doctrinã aploꝝ: ⁊ alij filij aliorũ predicãtiũ. Et iõ nõ eſt incõueniẽs ꝙ idem ſint filij ⁊ pr̃es: q: aplĩ. Itẽ ipſi ſũt pr̃es coꝝ quos ꝯuer terunt. 1. Cor. 4. In chr̃o ieſu ego vos genui. Alij etiã ſunt pr̃es ⁊ filij. Iſti ḡ filij ſũt nati eccleſie. Filij aplĩ ⁊ alij ſci viri ⁊ doctores. Uel pr̃es boni fuerunt pphe te. Eccĩ. 44. Laudem⁹ viros glorioſos ⁊ parẽtes no ſtros. Et loco iſtoꝝ nati ſũt eccleſie filij q ſungunt di gnitate illoꝝ: ⁊ ſic pꝫ. Proles ⁊ origo ſponſe. ❡ Seq tur dignitas. ⌊ Cõſtitues eos p̄ncipes ſup oẽꝫ terrã ⌋

i. p̄ᵒ capientes p̄ᵐ capies. Iſti ḡ principes dicuntur: q: primi dona ſpũs ſci acceperunt. Ro. 8. Non ſoluꝫ aũt illi ſ; nosipſi p̄mitias ſpũs hñtes: tpe prius ceteris abundanti⁹. dicit Glo. Uñ ſicͭ btẽ ṽgini nulla mulier cõparat: ita nec aliqs ſcõs põt aplis cõparari: nec ade quari. Itẽ dicunt p̄ncipes q: fuerũt ⁊ ſũt eccleſiaꝫ gu bernantes. Itẽ q: p̄mi poſt chr̃m doctores nr̃i fuerũt P̄s. Preuenerũt principes ⁊c̃. Iſti ſũt diligẽdi. Iudith 5. Coꝛ meũ diligit p̄ncipes iſrael. Iſtos ꝯſtitues p̄nci pes q nõ ſũt p ſeipſos ꝯſtituti ſ; p chr̃m. Joã. 15. Non vos me elegiſtis: ſ; ego elegi vos ⁊c̃. Itẽ alij p̄lati ꝯſti tuuntur p ſũmũ pontificem. Heb. 5. Nemo aſſumat ſibi honorẽ. Et nõ in aliq̃ pte: ſ; ſup oẽm terrã. P̄s. In oẽm terrã exiuit ſon⁹ eoꝝ ⁊c̃. Et nimis honorati ſt ⁊c̃. Et h̄ ſpẽliter ꝯuenit Petro ⁊ Paulo. Nã petrus ob tinuit p̄ncipatũ vleꝫ eccleſie. Jo. 21. Paſce oues meaſ. Paulus ſup totũ mũduꝫ quãtũ ad gẽtes gẽtiles. Iſa. 49. Poſui te in lucẽ gẽtiũ: ut ſis ſaluſ mea uſq; ad ex tremũ tre. Et h̄ etiaꝫ dicit ipſe Act. 13. ⌊ Memores erũt nois tui dñe. ⌋ Hic ponit officiũ apoſtoloꝝ qḋ eſt p̄dicare nomẽ dei. Mar. vlt. Euntes in mũdum vni uerſũ p̄dicate euãgeliũ oĩ creature. ⁊ iõ dicit ⌊ Me mores erũt. ⌋ i. faciẽt hẽe memoriã nois tui in oĩ gña tione. Quãtũ ad locũ: q: in oĩ pte mũdi ⁊ gñatione. ⁊ quãtũ ad tp̄s q: celũ ⁊ tra trãſibũt ⁊c̃. Mar. vlt. Ec ce ego vobiſcũ ſum ⁊c̃. ⌊ ppterea populi. ⌋ Hic ponit fruct⁹ q eſt: q: oẽs populi ꝯfitebunt tibi chr̃o. ⁊ dicit ⌊ ppli. ⌋ q: nõ ſolũ vn⁹ populus ſ; oẽs. P̄s. Cõfiteant tibi populi de⁹. cõfiteant tibi populi oẽs. Phil. 2. Oĩs lingua ꝯfiteat: q: ⁊c̃. Iſti ꝯfitebunt tibi in eternũ. In greco: idẽ eſt eternũ ꝙ ſeculũ: q: euon. vñ glo. In eter nuꝫ. ſ. pñtis ſeculi. ⌊ ⁊ in ſeculũ ſeculi. ⌋ i. in futuro. Et hec memoria durabit in eternũ. Iſa. 35. Gaudiũ ⁊ leti tia obtinebunt. Alia littera hẽt. ⌊ Memoꝛ ero nois tui ⁊c̃. ⌋ Et hec eſt melioꝛ: ⁊ tũc refert ad fructũ apo ſtoloꝝ ⁊ erit vox populi ꝯuerſi. Dico ꝙ ꝯſtituiſtis eos p̄ncipes: ⁊ ego populus chr̃ian⁹ memoꝛ ero nominis tui ⁊c̃. in quo deſignat fides que eſt in corde: ⁊ poſt la us que eſt poſt fidẽ. Et hic p̄s cantat in feſto natalis dñi p p ſpõſi laudẽ que tãgit. Itẽ cantat in feſtis vir ginis: pp eius laudẽ que tãgitur. De p̄ᵒ ibi ⌊ Specio ſus. ⌋ de 2ᵒ ibi ⌊ Aſtitit regina. ⌋ Itẽ cantatur in feſti uitatibus virginum: q: ⌊ Adducentur. ⌋ Iteꝫ in feſtiſ apoſtoloruꝫ. ⌊ Pro patribus tuis. ⌋

Quare hic p̄s cã tet ĩ chri ſti natiui tate ⁊ vir gis ⁊ apo ſtolorũ fe ſtis dict⁹

❡ In finẽ filijs chore pro archãis. P̄s dd. 45.

DEus noſter refugiuꝫ ⁊ virtus: adiu toꝛ in tribulationibuſ que inuenerũt nos nimis. Propterea non timebi mus dum turbabitur terra: ⁊ tranſ ferentur montes in coꝛ maris.

Poſtq̄ꝫ pſalmiſta petijt diuinuꝫ auxiliũ ꝯtra aduerſa que patit ab hoſtib⁹: cuꝫ di xit ⌊ De⁹ auribus. ⌋ ⁊ iã exauditus oñdit gloriã regis dicẽs ⌊ eructauit. ⌋ Hic aũt exaudit⁹ p populo oſtẽdit bñficiũ datũ populo. ❡ Et ſicͭ p precedẽteꝫ pſalmuꝫ gloria chr̃i deſignat. ita in h̄ pſalmo deſignant bñficia exhibita ſidelib⁹ chr̃i. Uñ in titulo h̄ ẽt deſignat. ⁊ eſt duplex l̃ra. ⌊ In finẽ p̄s dauid p archanis. ⌋ Archa na que ſũt a p̄nᵒ ſũt abſcõdita. ſ. ꝙ fili⁹ dei fact⁹ eſt hõ ꝙ de⁹ moriat. ꝙ gẽtes ꝯuertant ad chr̃m. Iſta fuerũt ſecretiſſima. Iſa. 24. Secretuꝫ meum mihi. Eph. 3. Alijs filijs hoiuꝫ nõ eſt agnitũ. Et hec ſt reuelata p chr̃m. Matth. 13. Eructabo abſcõdita. Job. 28. Ab ſcondita pduxit in lucẽ. ❡ Hic ḡ p̄s tẽdẽs in finẽ. i. in chr̃m eſt dauid p archanis. Ad archanoꝝ manifeſta tionẽ alia l̃ra hẽt. ⌊ pro filijs chore. ⌋ Pro chore qui interpretatur

Pſalmi intẽtio.

interp̄tat caluaria intelligit crux chriſti. Hic ergo p̄s at-tribuit fidelib⁹ crucis chriſti pro reuelatiōe archanorū. Hiero⁹ hꝫ. Pro uincētib⁹. Agit enī hic de tribula-tione ꝛ ꝯſeruatione in eis. Eſt ḡ pro uincētib⁹. i. pro hijs qui ſeruant in uita: ꝛ qui ſeruant auxilio dei dicunt eē in abſcōdito. pš. Protexit me in abſcōdito faciei ſue a ꝯturbatione hoīum. ¶ Diuidit ḡ pš iſte in duas ptes.

Diuiſio pſ.

Primo agit de auxilio diuino ꝯ̄ tribulationes. 2° agit de pace poſt tribulatiōes ꝯceſſa ibi. Uenite ꝛ uidete. Circa p̄m duo facit. Primo p̄mittit cām hoꝝ bñficiorū. 2° exponit mala ꝛ bñficia data ꝯ̄ mala ibi. Sonuerūt. Circa p̄m duo facit. Primo ponit auxiliū dei ꝯ̄ tribulationes p̄teritas. 2° ponit fiduciā ꝯceptā de futuris ibi. Propterea nō timebim⁹. Circa p̄m tria facit. Primo tāgit dei auxiliū. 2° tribulationē ꝯ̄ quā diuinū auxiliū dat. Si aliquo uellet ſubuenire afflicto hoc faciat triplr. Primo ut ip̄m fugiētē recipiat: ꝛ hoc eſt parū. 2° ut aſſiſtat ei in tribulatiōe poſito. 3° ut ei auxiliū exterius p̄beat. Et hec tria de⁹ facit qui eſt refugium. ꝛ iō dicit. De⁹ nr̄ refugiū. Prouer. 18. Turris fortiſſima nomē dn̄i. Itē pugnantes ꝛ afflictos adiuuat ꝛ fortificat. iō dicit. uirt⁹. Iſa. 40. Qui dat laſſo uirtutē. Itē adiuuat exteri⁹ per ſe ꝛ alios. vn̄ dicit. Adiutor. pš. Adiutor in opportunitatib⁹. Hoc auxiliū eſt neceſſariū in tribulationib⁹ que inuenerūt nos nimis. Hec tribulationes ſunt ꝛ ſpūales ꝛ corꝑales. Spūales ſunt peccata. ꝛ he inueniūt hoīes nimis. qꝛ dolor pnie maxim⁹ eſt inter oēs dolores. pš. Afflict⁹ ſum ꝛ humiliatus ſum nimis. Et in hac tribulatione chriſtus eſt refugiū qui in eo ꝯſolat: ab ipſo roborat ꝛ iuuat hō. Corꝑales fuerūt in p̄mitiua eccl̄ia ſcīs. 2. Cor⁹. 1. Grauati ſum⁹ ſup̄ modū ꝛ iō dicit. nimis. Hiero⁹ hꝫ. Auxiliū inuētū eſt i tribulationib⁹ ualidū. Et ſic li nimis refert ad adiutoriū diuinū. Propterea nō timebim⁹. pš. Dn̄s illuminatio mea ꝛ ſalus mea: quē timebo: q.d. Nullum timebo. Et merito qꝛ ipſe eſt. De⁹ nr̄ refugiū ꝛ vt⁹: adiutor in tribulationib⁹ que inuenerūt nos nimis. Adiunxit. 2° oſtēdit que ſūt timēda. Duo aūt ſunt timēda. ſ. gn̄alis tribulatio: ꝛ oppſſio magnoꝝ. Gn̄alis tribulatio eſt qn̄ oēs trucidant. Alia eſt qn̄ p̄ncipes capiūtur. In hijs hēt locū timor. Sed ego nō timebo dum turbabit terra. i. ſi tot⁹ ppl̄us tribulet. ꝛ trāſſerent mōtes in cor maris. Nec timebo ēt ſi magni capiantur.

Iudei ſic dicti ſunt terra.

¶ Sꝫ myſtice per terrā que ſolida eſt itelligit iudea que ſolida fuit in cognitione vni⁹ dei ꝛ fixa. ꝛ cingebatur gētib⁹ ſicut terra circūdat mari. Et cingit aquis. Iſa. 1. Terra uꝛa deſta. ꝛ ſic ſignat ꝑſequutionē quā fideles paſſi ſūt a iudeis. q.d. Nō timebo dū turbabit iudea per p̄dicationē chriſti. Math. 2. Audiēs hoc herodes turbat⁹ eſt ꝛc. Et nō timebo. qꝛ mōtes. i. apl̄i trāſſerēt ſe ad gētes. Act. 13. Ecce ꝯuertimur ad gētes. in cor maris. i. in dilatationē gētiū. qꝛ gentes hūerūt aplos in magna reuerētia. Uel i cor maris. Uſqꝫ ad ꝓfunda ꝛ extrema terre. Act. 22. Ad nationes longe mittam te.

¶ Sonuerūt ꝛ turbate ſunt aque eoꝝ: ꝯturbati ſunt montes in fortitudine eius.

¶ Hic oſtēdit que ſint iſte tribulationes. Et p̄° ꝓponit eas in metaphora. 2° exponit. Dicit ḡ. Sonuerunt ꝛ turbate ſūt aque eoꝝ. Scōm Hiero͞m. aque eius. Et hec eſt melior lr̄a. ꝛ eſt ſenſus. trāſſerent i cor maris aque ei⁹. i. maris. ſ. ppl̄i ſonuerūt. ꝑ iracūdiā ꝯ̄ nos. pš. Oēs fluct⁹ tuos ꝛc. Sꝫ mōtes. i. p̄ncipes ſicut nero ꝛ alij ꝯturbati ſūt in fortitudine ei⁹. i. dei: qꝛ ex hac fortitudine ēt ipſi mōtes turbati ſūt. Hebre⁹ hꝫ. in ſupbia ſua. Myſtice loqͥtur ſic. Sonuerūt mōtes. i. apl̄i qui mōtes dicunt. turbate ſunt aque. i. ppl̄i gētiliū ad ſonū mōtiū. i. ad p̄dicationeꝫ apl̄orum. Aque ſignāt ſapiam. q.d. Aque. i. pp̄hie gētiliūꝫ ſunt turbate. 1. Cor⁹. 1. Perdā ſapiaꝫ ſapiētiū ꝛc. Uel mōtes. i. apl̄i turbati ſunt. i. exteri⁹ per tribulationes. in fortitudine maris.

Sed uidetur contrarium dicere alibi. Iuſt⁹ non conturbabitur.

Queſtio.

Sed dicendū ꝙ uerū eſt interi⁹. qꝛ non cōtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit.

Solutio.

¶ Fluminis īpetus letificat ciuitatē dei: ſanctificauit tabernaculū ſuum altiſſimus.

morĩetes: ſimul inſipiens ꝛ ſtultus ꝑibunt.

Supra oſtẽdit pſalmiſta. ꝙ timendũ eſt propter pec/
catũ:qꝛ nullũ remediuꝫ eſt ad euadendũ penã. hic au
tem agit de malis que iminent eis pp improuidẽtiaꝫ
coꝝ. Et circa hoc tria facit. p° cõmemorat improui/
dentiã eorum de malis futuris. 2° cõmemorat mala
que iminent ibi ⌊ Relinquent alienis. ⌋ Tertio ponit
ſpem de deo quã ſperat liberari ab hijs malis ibi ⌊ ve
rũtamen. ⌋ Circa p™ duo facit. pmo oſtendit coꝝ im
prouidentiaꝫ. ſecũdo ignorantie cauſaꝫ ibi ⌊ Cũ vide/
rit. ⌋ Dicit ergo iſte talis cui iminent tot mala. ⌊ Nõ
videbit. ⌋ i. non conſiderabit interitum.i. dãnationeꝫ
ſuam. Juſtoꝝ enim eſt nouiſſima memorari. Eccĩ.7.
Sed de iſtis dicitur Deuť.32. Gens abſqꝫ prudentia
ꝛ ſine conſilio. Et quare iniuſti nõ preuidẽt ſibi? Red
ditur ratio Eccĩ.9. Hoc eſt peſſimuꝫ inter omnia que
ſub ſole fiunt:qꝛ eadem cunctis eueniunt. Et ideo nõ
conſiderant quid eis poſſit euenire in futurũ. Et ideo
⌊ cum viderit etiã ſapientes morientes. ⌋ ſed vidẽtes
mortem corporalẽ non conſiderant coꝝ gloriã. Sap.
4. Uidebunt finem ſapientis ꝛ nõ intelligent qd co/
gitauerit de illo deus. Differẽtia eſt inter inſipientem
ꝛ ſtultuꝫ. Inſipiens eſt qui habet ſcientiã humanam
ꝛ non cõſiderat eterna. Stultuſ eſt qui non cõſiderat
etiam pñtia. Uel inſipiens eſt qui non attendit mala
preſentia: ſed futura. Stultus eſt qui attendit ꝛ nõ vi
tat. Unde dicit ⌊ Simul inſipiens ꝛ ſtultus pibũt. ⌋
ſm Hieronymuꝫ. Duplex eſt cauſa contẽptus in iuſto
rum diuturnitas vite: ꝛ qꝛ vident ſimul ſapientes ꝛ in
ſipientes mori.

Et relinquent alienis diuitias ſuas: ꝛ ſepul
chra eorum domus illorum in eternuꝫ. Ta
bernacula coruꝫ in progenie ꝛ progenie uo
cauerunt nomina ſua in terris ſuis.

Hic ponit mala que cõtingunt peccatoribus. Et pri/
mo ponit mala que cõtingunt in preſenti. Secũdo po
nit mala que euenient in futuro ibi ⌊ Sicut oues. ⌋
Circa primũ duo facit. Primo ponit mala que eueni
unt in preſenti. quantũ ad bona extrinſeca. Secundo
quantũ ad bona intrinſeca ibi ⌊ Cuꝫ in honore. ⌋ Et
oſtẽdit primo quid perdit malus per morteꝫ. Dicit ꝙ
perdit diuitias. Unde dicit ⌊ Relinquent alienis di/
uitias ſuas. ⌋ Hiere.17. Fecit diuitias ꝛ nõ in iudicio

in dimidio dierum ſuorū relinquet eas. Et dicit ſuis. quaſi a ſe poſſeſſas. nō uſus eſt eis ad utilitatem aliorū. Phil.2. Omnes que ſua ſunt querunt. Et dicit Alienis. q: ſepe alieni. i. extranei ſꝫ carnē accipiūt diuitias ſuas. ps. Theſaurizat ⁊ ignorat cui cōgregabit ea. Dicit aliqñ. ꝙ ſi etiam filijs dimittat diuitias. tñ aliena ſunt: ut dicitur Luc.10. Ille proximus qui fecit miam in illo. Et cōtingit ꝙ filij ⁊ nepotes nihil boni faciunt mortuis: ſed reſidua ſunt eis duo. de rebus mundi ſepulchrū ⁊ fama hominū. 2m ibi Tabernacula. ¶ Quātum ad pm dicit. Habuerunt domos ⁊ vineas ⁊ currꝫ ⁊ mulos precioſa. Sed quid habebunt in morte? Pro palatio habebunt ſepulchrum. ⁊ hoc in eternū. i. uſq in diē iudicij habitabunt in ſepulchris. Uel ex hoc ꝙ faciūt curioſa ſepulchra. credunt habitare in eternꝫ in eo. Sed decipiunt: q: ⁊ ſepulchra deſtruentur. Unde lꝫ ſm opinionē rei: illa ſepulchra ſunt domus eorū in eternum. Tamē non eſt ita. Dicto⁹ tñ habet aliter. Interiora eorū domus illorum in eternū. q: non habet duplicē domꝫ exteriorem. ſ. ⁊ hec non manet in eternū. ⁊ interiorē. ſ. conſcientiā: ⁊ hec manet. Iſa.38. Diſpone domui tue. Siue bona: ſiue mala ſemper manet. Tabernacula. Hic oſtēdit ꝙ non remanet fama ſeu memoriale hoīs poſt mortem. Memoriale hoīs ſunt edificia fortis. iō dicit Tabernacula eorū in progenie ⁊ progenie. q.d. Ita edificantur ac ſi ſint duratura uſq in finē. ſed decipiuntur: q: deſtruunt. Job.21. Ubi eſt dom⁹ principis: ⁊ ubi tabernacula impiorū? Matth.13. Uides has magnas edificationes? Non relinquetur ⁊c. Et dicit Tabernacula. q: nō diu manēt in eis. Uocauerunt noīa ſua in terris ſuis. q.d. Hec eſt intentio huius edificatiōis: ut eſſent noīati in terris ſuis. Gen.11. Uenite edificemus ciuitatem ⁊ turrem ⁊ celebremus ⁊c. Eccli.40. Edificatio ciuitatis cōfirmauit nomen. Unde uocant ciuitates ex noīe ſuo. ⁊ dicit Suis. q: nomen alicuius non multū extēditur extra terram ſuā. Et ideo ſtultū eſt ꝙ homo celebret nomen ſuū in terris. Uel inuocabunt noīa eorum. i. defunctorū in terris ſuis portādo cibaria ad ſepulchra.

¶ Et homo cū in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: ⁊ ſimilis factus eſt illis.

¶ Supra propoſuit ps mala que iminent malis quantum ad amiſſionē exteriorū. hic autem ponit que ex corruptione bonorū interiorū eis iminent. Et circa hoc duo facit. pº proponit malū interioris corruptionis. 2º oſtendit qđ ex hoc malo ſequitur ibi Hec via illorū. Sciendum eſt autē ꝙ homo cōpoſitus ex natura rōnali ⁊ ſenſitiua. Scđꝫ naturā ratiōalē homo hꝫ ſimilitudinē cū deo ⁊ angelis. Gen.1. Faciamus hominē ad imaginem ⁊ ſimilitudinē noſtram. ps. Minuiſti eū paulominus ab angelis. Scđꝫ autē ſenſitiuā naturā habet coīcationem cum beſtijs. pº ergo ponit honorē hominis quantū ad hoc ꝙ habet ſiltudinem cum angelis. Unde dicit Homo cū in honore eēt. ſm phm. honor eſt excellentius qđ ꝗꝫ laus. q: laus ordinatur ad aliud. honor autē eſt per ſe ⁊ in ſe. Et dicit Eſſet. ſ. ſilis ad deuꝫ. Et ex hoc ꝙ hec hꝫ pretermittit tria: q: pretermittit ꝙ hec nō conſiderat. ſ. ꝙ ſit ſimilis deo. 2º ꝙ declinat in ignorantiā ⁊ ignobilitatē beſtialem. 3º ꝙ conſequitur actū beſtialem. ¶ Quātum ad pm dicit Non intellexit. ſ. ꝙ ad imaginem dei ſit factus: ⁊ ꝙ eſſet aptus ad poſſidenda celeſtia. Sap.2. Neq ſperauerūt mercedem iuſtitie: nec iudicauerunt honorem aiarum ſanctarū. ¶ Quantū ad 2m dicit Comparati ſunt iumentis. Bruta animalia operantur ex paſſione: ⁊ hoc patet: q: canis ſtatim cum iraſcitur clamat. equus cū cōcupiſcit: hinit. Sꝫ nō imputatur eis q: carent ratione. Si ergo homo ſtatim cum cōcupiſcit ſequitur paſſionē ⁊ iratus percutit comparatus eſt in agendo iumentis inſipientibus. ps. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus ⁊c. ¶ Quantū ad 3m dicit Et ſimilis factus eſt illis. Nam quādo natura brutorū inclinatur ad aliquid. ſic utitur paſſione ⁊ cōſuetudo uertitur in naturā. Quādo homo ergo aſſueſcit ſm paſſionem viuere: iam uertitur in naturam. ⁊ ideo Similis factus eſt illis. per habitū ex malis operibus aggrauatum. Hiere.5. Equi amatores in feminas ⁊ emiſſarij facti ſunt. ⁊ ideo dicit philoſophus. ꝙ peior eſt malus homo ꝗꝫ mala beſtia: q: cū malitia hꝫ intellectū: ut diuerſa mala adinueniat. Hō efficitur beſtia

¶ Hec via illorum ſcandalum ipſis: ⁊ poſtea in ore ſuo complacebunt.

¶ Hic oſtēdit quid ſequitur ex hoc malo: qđ incurrunt. ſ. ꝙ facti ſunt beſtiales. Nam poſſet aliquis dicere. nō nihil mali inde ſequitur. Sed nō eſt ita. Immo aliqd aliud ſequitur. Et primo oſtēdit quid ſequitur quantum ad eos. Secūdo quātum ad alios. Quātum ad eos dicit Hec via. q. ſ. ſequitur paſſiones. eſt ſcādalum ipſis. q: interius cōturbantur. ps. Fiat menſa eorum coram ipſis in ſcādalum. Item exterius etiā conturbātur: q punitur ⁊ infamātur. Philoſophus. Penitudine replentur praui. Quātum ad alios ſequitur qui Poſtea in ore ſuo complacebūt. Et exponitur dupliciter. Uno modo ſic. Poſtꝗꝫ interius ſcādalizantur ⁊ faciunt mala: vellent ꝙ alij ſequerentur eos. Et ideo ſtudent alijs complacere: ut trahant eos ad peccandum. Prouer.1. Si te lactauerint peccatores ⁊c. Alio modo ſic reprehēdit ſimulationem. q.d. Poſtea ꝗꝫ iam ſic cōturbātur ⁊ ſequuntur mala in ore ſuo complacebūt. i. ſtudent loqui ſancta ⁊ blanda. Matth.23. Ue uobis ſcribe ⁊ phariſei hipocrite: qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis: ⁊ ſic ⁊ uos a foris. Glo. Peiores ſunt ſimulantes ꝗꝫ apte mali.

Sed nunquid hoc verū eſt? Videtur ꝙ non. Iſa.3. Peccatum ſuum ſicut ſodoma pdicauerūt. Glo. Hieronymi. Scđa tabula eſt occulte peccare. Queſtio.

Dicendum ꝙ aliud eſt nō publicare peccatum: ⁊ aliud eſt ſimulare innocentiam. Nam publicare peccatum eſt malum: q: ſcandalizat alios: ſed ſimulare inocentiaꝫ: ut alios trahant ad peccatuꝫ malum eſt. Et de hijs loquitur hic. Alia littera habet. Et in ore ſuo benedicēt deum. ⁊ exponitur ſic. Q: uis interius ſint beſtie. tamē labijs exterius benedicēt deuꝫ. Iſa.29. Populus hic labijs me honorat ⁊c. Uel aliter. Benedicēt deum de malis que fecerūt. hieronymus hꝫ. Poſt eos iuſtitias eorum currēt. q.d. Non intellexit ⁊ ſimilis factus eſt beſtijs. ⁊ inde ſcandalizantur: ⁊ ideo ſic q: uoluerunt eſſe ſicut beſtie. Ideo poſt eos. i. in finem comedentur a beſtijs. i. a demonibus. q.d. Current poſt demones in inferno.

¶ Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Et dominabuntur eorū iuſti in matutino: ⁊ auxilium eorū ueteraſcet in inferno a gloria eorum. Uerūtamen deus redimet animam meam de manu inferi: cum acceperit me.

¶ Hic ponit mala que euenient peccatoribus poſt hanc vitā. Et q: tria mala iam dixit. ſ. ꝙ ſunt ſimiles beſtijs

⁊ ꝙ cõtemnunt ſapiētiam.3^m eſt ꝙ cõfidunt in virtu
te ſua. Et cõtra primuꝫ dicit ⌊ qꝛ iſti ſunt ſic beſtie. ⌋
dignum eſt ꝙ ſicut beſtie puniātur. Unde dicit ⌊ Si-
cut oues in iferno poſiti ſunt. ⌋ Oues nõ habēt auxi-
lium a natura ad defendēdum. ⁊ ideo expoſite ſūt ad
cedē. ps. Extimati ſumuꝫ ſicut oues occiſionis. Quia
ergo mali in inferno ſunt omnino penis expoſiti. ideo
ſunt ſicut oues. Hiere. 12. Cōgrega eos ſicut gregē ad
victimā. Item oues tondūtur ⁊ tunſe occidūtur. ita
prius tondūtur a lana mali: ⁊ priuātur ſiue expoliant
exterioribus bonis: ⁊ poſtea occiduntur in inferno.
⌊ Mors depaſcet eos. ⌋ Apoc. 11. Pars eoꝝ eſt ſul-
phur. Hic depaſcet eoꝫ. ⁊ dicī ⌊ Depaſcet. ⌋ qꝛ ⁊ ſi morꝫ
inferat penā. non tamē totaliter auferet: ſed reſeruat
ſemper ad penaꝫ. Uel ⌊ mors. ⌋ i. diabolus. Apoc. 6.
Nomen illi mors. ⌊ Depaſcet eos. ⌋ i. deducet in pa
ſcuis ad paſcua. i. de penis ad penas. Job. 24. Ad ca
lorē nimium tranſiet ab aqa niuium. Alia littera hēt.
⌊ Mors paſtor eoruꝫ erit. ⌋ Et loqtur ſic. In vita iſta
ſunt ſicut oues deputādi ad infernum: ⁊ diabolus eſt
paſtor eoꝝ. ⌊ Et dominabūtur. ⌋ Hoc eſt contra illud
qđ dixit ſupra. ꝙ videntes ſapiētes ſimul mori cuꝫ in-
ſipientibus. Hic dicit ꝙ iuſti dominabūtur eoꝝ. ſ. ma-
loruꝫ. Uel ⌊ ſapiētes ⌋ q uocant ⌊ iuſti in matutino. ⌋
i. in die iudicij quādo accipient iudiciariā poteſtateꝫ.
Mal. 4. Calcabis impios cuꝫ fuerint cinis ſub plāta
pedum veſtrorū. ⌊ Et auxilium eorū. ⌋ Hoc eſt illud
quod dixit. Et in multitudine diuitiaruꝫ ⁊c. q. d. Au-
xilium eorum qđ erat ab amicis ⁊ diuitijs eoꝝ. ⌊ vete
raſcet. ⌋ i. peribit in iferno. Iſa. 10. Ad cuius fugietis
auxilium? Job. 6. Ecce non eſt auxilium mihi in me.
⌊ A gloria eorum. ⌋ i. iuxta gloriā eorum. Apoc. 18.
Quātum glorificauit ſe tantū ⁊c. ⌊ Ueruntamen redi
met aiam meam. ⌋ q. d. Mali iſta habēt: ſed ego libe
rabor ab iſtis. Et per quid? Per effuſioneꝫ ſanguinis
chriſti. ⌊ Redimet de manu inferi. ⌋ i. de manu diabo
li: ſub qua erāt homines ante aduentum chriſti. Oſee
13. De morte redimā eos. ⌊ Cum acceperit me. ⌋ i. cū
acceperit animā meam. Heb. 2. Nuſqꝫ angelos appre
hendit: ſed ſemen abrae.

¶ Ne timueris cuꝫ diues factus fuerit homo: ⁊ cū multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit non ſumet omnia neqꝫ deſcendet cum eo gloria eius.

¶ Supra pͦ oſtēdit quid ſit homini timēdum in mun
do. hic oſtēdit quid ſit non timēduꝫ. ſ. proſperitas im
piorum. Et primo monet ut nõ timeamus propter ꝓ
ſperitatem maloꝝ. 2° aſſignat rationeꝫ ibi ⌊ Qm̄ cuꝫ
interierit. ⌋ Proſperitas maloꝝ duo habet. ſ. abundā
tiaꝫ diuitiarū ⁊ ſublimitatē glorie. ¶ Quātuꝫ ad pri
muꝫ dicit ⌊ Ne timueris cū diues factus fuerit hō. ⌋
¶ Quātum ad 2^m. ⌊ Et cuꝫ multiplicata fuerit glo
ria domus ſue. ⌋ ⁊ dicit ⌊ homo. ⌋ Homo ꝯſtat ex du
plici natura. ſ. animali ⁊ rationali. Et quādoqꝫ ſumit
pro vna / quādoqꝫ pro alia. Hic ſumitur pro animalita
te. q. d. Si homo animalis diues factus fuerit. Tales
enī ſepe dicuntur. Job. 21. Quare impij viuunt: ſubli
mati ſunt / cõfortati ſunt diuitijs. Itē ibideꝫ. 12. Abun
dāt tabernacula predonū. Si iſta. ſ. videris: ne timue-
ris. Duplex põt eſſe cauſa timoris. Una ne deſceuiāt
in homines. alia ne ex hoc ſcandalizent boni ⁊ deficiāt
a ſpe. ſm illud. Mei autē pene moti ſunt pedes ⁊c. ⁊
dixi. Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meū. q. d. Ex quo
tot bona deus facit malis: videtur ꝙ nõ curet de nobꝫ
ſm illud Mal. 3. Uanus eſt qui ſeruit deo. ⁊ qđ emo
lumentū habemus. qꝛ cuſtodiuimus precepta domi-
ni. ¶ Quātum ad 2^m dicit ⌊ Et cū multiplicata fue
rit gloria domuꝫ eius. ⌋ Eccl. 9. Non zeles gloriam ⁊
opus peccatoris. ps. Uidi impiū ⁊c. ⌊ Qm̄ cū interie
rit. ⌋ Hic aſſignatur ratio quare nõ ſunt timendi ma-
li ſi diuites fiant. pͦ qꝛ quādoqꝫ omnibus exteriorib⁹
bonis priuabūtur. 2° etiaꝫ omnibus interioribus bo-
nis deficient. 2° ibi ⌊ Quia anima eius. ⌋ Ideo dicit.
Non ſunt timendi: qꝛ deus reſeruat tibi maiora. Hec
autem que dantur iſtis ſunt trāſitoria. Et oſtēdit pri-
mo ꝙ diuitie trāſeunt dicens ⌊ Qm̄ cum interierit. ⌋
ſ. diues. ⌊ non ſumet omnia. ⌋ i. nihil ex oībus que ha
buit poterit habere. Job. 27. Diues cū dormierit ni-
hil ſecū auferet. 1. Thi. vlt. Nihil intulimus in hunc
mundū. haud dubiuꝫ: qꝛ nec auferre quid poterim⁹.
2° oſtēdit defectū glorie hominis peccatoris. ⌊ Neqꝫ
deſcendet cū eo gloria domus eius. ⌋ qꝛ tunc glīa ei⁹
finitur cum carne ⁊ reſeruatur ei ignominia in infer-
no. Oſee. 4. Gloriā eoruꝫ in ignominiam cõmutabo.
Apoc. 18. Glorificauit ſe ⁊c.

¶ Quia anima eius in vita ipſius benedicet: confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit uſqꝫ in progenies patrū ſuorum: uſqꝫ in eternum non videbit lumen. Homo cum in honore eſſet non intellexit cõparatus eſt iumentis inſipientibus: ⁊ ſimilis fact⁹ eſt illis.

¶ Hic ponit primo defectum interiorum pertinentiuꝫ
ad corpus. 2° ad animā ibi ⌊ Et introibit. ⌋ Primo er
go oſtēdit ꝙ poſt hanc vitā deficit eis bonū corporiꝫ.
Secūdo oſtendit ꝙ finitur bonū virtutis ſi quod ha
buerunt. Dicit ergo. ⌊ Quia aīa eius. ⌋ Sicut hō ſu-
mitur aliquādo pro natura animali: aliqñ pro rõnali.
ita anima ſumit dupliciter. Quādoqꝫ ut diliges do-
minum deuꝫ tuū ex toto corde tuo ex tota anima tua.
Quādoqꝫ pro animali vita. Luc. 12. Anima mea ha
bes bona ⁊c. Dicit ergo ſm hoc. ⌊ Quia aīa. ⌋ i. ani-
malis vita eius. ⌊ in vita ipſi⁹ benedicet. ⌋ q. d. Quic
quid habet de diuitijs ⁊ gloria totuꝫ eſt in hac vita: ⁊
ceſſante hac vita deficit eius gloria. ⁊ ideo nõ põt vi
te ſue benedicere niſi dum viuit. Itē aliquando pec-
catores laudāt deuꝫ uel faciūt opera de genere bono-
rum ſed ſi aduerſitas imineat: ceſſat eius laudatio ſiue
operatio bona. Et ideo ꝯuertit ſe ad deuꝫ dicens. O
deus iſte talis. ſ. peccator ſiue aliquis i ꝓſperitate exi-
ſtēs. ⌊ confitebitur tibi. ⌋ i. laudabit te. ⌊ cū benefece
ris ei. ⌋ i. cum dederis ſibi bona tēporalia que amat.
Prouer. 10. Benedictio domini diuites facit. Hiero-
nymus. Laudabunt te cū bene tibi fuerit. i. hoīes lau
dant ⁊ ſeruiunt diuitibus q̄zdiu ſuppetit ⁊ proſperā-
tur in diuitijs: ſed ſi mutetur fortuna mutātur. neduꝫ
non laudant: ſꝫ detrahunt eiꝫ. ⌊ Introibit. ⌋ hic ponit
defectū ſpiritualiuꝫ. Et primo oſtēdit defectū. 2° po-
nit ordinē perueniendi ad ipſū defectū ibi ⌊ homo. ⌋
Et primo ponit defectū culpe. 2° pene. ¶ Quantuꝫ
ad primū dicit ⌊ Introibit. ⌋ ſ. iſte peccator ſic diues ⁊
quem laudant omnes duꝫ bene eſt ei: introibit dico.
⌊ uſqꝫ in progeniē patruꝫ ſuoꝝ. ⌋ ſ. per imitationē dū
omnia mala que tota ſua progenieꝫ fecit ipſe operat.
Matth. 23. Et uos implete menſurā patrū veſtroꝝ.
Hiere. 11. Reuerſi ſunt ad iniquitates patrū ſuorum
priores. Uel ⌊ introibit ⁊c. ⌋ qꝛ patres ibi impij ſūt in
inferno ⁊ iſte ibit illuc. ¶ Quantū ad 2^m dicit ⌊ Et
uſqꝫ in eternū non videbit lumen. ⌋ qꝛ quaſi. ſ. hic in
ſuo eterno. ſ. in vita noluit ſequi lumē rõnis. ideo ⌊ in
eternū non videbit lumen. ⌋ Job. 15. Nõ credit ꝙ re
uerti poſſit de tenebris ad lumen. Matth. 25. Inuti-
lem ſeruuꝫ mittite in tenebras exteriores ⁊c. Et quo

ordine:q: cũ eſſet preditus lumine rõnis: ſicut homo in bonore conſtitutus noluit illo lumine regi. Aſſimilatus eſt iumentis inſipientibus. ⁊ ideo facit ſicut iumenta. debet deputari occiſioni.

¶ Pſalmus aſaph. 49.

Deus deorum dominus locutus eſt: ⁊ vocauit terram. A ſolis ortu uſqʒ ad occaſũ: ex ſyon ſpẽs decoris ei⁹.

Supra pſalmiſta inſtruxit gẽtes ad ꝯſidendũ de deo: hic iſtruit eas ad cultũ dei. ¶ Titulus. ⌊ps aſaph.⌋ Iſte aſaph vn⁹ fuit de pfectis ſuper cantores pploꝝ: ⁊ ſuper illos qui cantabãt ⁊ laudabãt in cimbalis: ſicut. 1. Paral. 13. ⁊. 16. ⁊. 25. dicitur. Et dicitur ps aſaph: q: cantatur miniſterio aſaph. Et cõgruit miniſterio: q: aſaph interpretatur ſynagoga: ⁊ ſic legitur in ſynagoge perſona. Ubi iſtructus de ſacrificijs duo ꝓponit de cultu dei que antecedunt diuinũ iudicium ⁊ eſt pmum. 2ᵐ eſt diſceptatio dei cum populo de cultu ſuo ibi ⌊Audi populus meus.⌋ Ante iudiciũ erunt tria. Citatio iudicis. aduentus iudicis. ⁊ apparatus. Primo ꝑ ponit citationeʒ. Secũdo aduentũ ibi ⌊Deus noſter manifeſte veniet.⌋ Tertio apparatũ ibi ⌊Ignis in cõſpectu.⌋ Circa pmũ tria facit. Primo oſtendit quis ſit citator. Secũdo qui ſint citati ibi ⌊Et vocauit.⌋ Tertio quo ordine citentur ibi ⌊Ex ſyon.⌋ Qui citat magnus eſt: q: deus omium etiam deoꝝ. Unde dicit ⌊De⁹ deorum dñs loquutus eſt.⌋ Primo ergo cõmendat ab excellentia nature: q: deus deoꝝ nõ angelus. Dieronymus hẽt. ⌊Fortis deus.⌋ Sʒ nunqd ſũt multi dij: 1. Cor. 8. Siquidẽ ſunt dij multi ⁊ domini multi. Deus enĩ dicitur tripliciter. ſ. nãliter. ⁊ iſte eſt tñ vn⁹ deus. Deu. 6. Audi iſrael. dominus deus tuus vnuſ eſt. Itẽ per participationeʒ: ⁊ iſti ſunt multi. 1. Cor. 8. Item per nũcupationẽ ⁊ opinionẽ: ſicut idola ⁊ aſtra venus ⁊ ſaturnus. ps. Omnes dij gentium demonia. ¶ Sed dici dij aliqui poſſunt quattuor modis. Uno modo per vnionẽ: ⁊ ſic ſolus chriſtus dĩ deus. Jo. 20. Dñs meus ⁊ deus meus. Alij per gratiã adoptionis. ps. Ego dixi dij eſtis ⁊c̃. Aliqui per participationeʒ diuine pñtis in miraculis faciendis. Exo. 7. Conſtitui te deũ pharaonis. Alij per miniſteriũ: ſicut iudices. Exo. 22. Dijs non detrahes. Item cõmendatur a gubernatione: cũ dicit ⌊Dñs loquutus eſt.⌋ Dic loquutus eſt interius per inſpirationẽ. ps. Audiam qd loquatur in me dñs deus. Item exteriori loquutione. Deb. 1. Nouiſſime loquutus eſt ⁊c̃. ⌊Et vocauit terram.⌋ ſ. vniuerſaʒ. i. vniuerſos bitatores terre. vñ citati ſunt non aliqui tñ in medio mundi: ſʒ a ſoliſ ortu uſqʒ ad occaſuʒ. Mar. vlt. Euntes in mundũ vniuerſum ⁊c̃. Die. 16. Ad te uenient gentes ab extremis terre ⁊ dicent vere mundamini ⁊c̃. Ordo vocationis ponitur cũ dicit ⌊ex ſyon ſpecies decoris ei⁹.⌋ q. d. Dec vocatio icobata eſt i ſyon. Iſa. 2. De ſyõ exibit lex ⁊c̃. Nam apoſtoli quãdo acceperunt ſpiritũ ſanctũ erãt in ſyon: ⁊ tunc fortes facti ſunt ad eundũ per mũduʒ. Ex ſyon ergo ubi apoſtoli erant cepit diuulgari ſpẽs decoris eius. Sed chriſtus bene incepit aliqualiter diuulgari: ſed non videbatur ſpecies eius: q: circundatus erat infirmitate: q: vidimus eũ nouiſſimum virorum virũ dolorum: ut habetur Iſa. 53. Sed poſt paſſionem apparuit virtus ⁊ poteſtas ſua.

¶ Deus manifeſte veniet deus noſter ⁊ nõ ſilebit. Ignis in ꝯſpectu eius exardeſcet: ⁊ in circuitu eius tempeſtas valida.

¶ Dic agit de aduentu ⁊ dicit duo. De ſecũdo aduentu cõtra duo que fuerunt in primo. In pmo aduẽtu venit deus occultus in infirmitate humanitatis. Ezech. 32. Solẽ nube tegam. Et illud Iſa. 45. Uere tu es deus abſcõditus. Sed tũc erit manifeſtus. Apoc. 1. Ecce veniet: ⁊ videbit eum oĩs populus. Theſ. 2. Quẽ dñs ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: ⁊ deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Itẽ in pmo aduentu oñdit manſuetudinem. Iſa. 53. Tanqʒ agnus corã tondente ſe obmutuit: ⁊ nõ aperuit os ſuũ ... eſt. Unde nihil dixit corã principibus ⁊ ſacerdotibus: nec corã pilato: ſed tunc nõ ſilebit. ⌊ſed loquetur.⌋ Iſa. 42. Silui ſemper tacui ⁊ patiens fui in iudicio qñ iudicabar: qñ tolerabam malos. Sed ut parturiens clamabit. ⁊ dicit ⌊Noſter.⌋ q. d. Non ali⁹ deus eſt iſte qui venit / qʒ noſter: extra quẽ non eſt ſalus. Dieronymus incipit verſum. Ex ſyon perfecta decore / deus apparebit. q. d. Deus apparebit ex ſyon que eſt perfecta decore ſpũs ſancti. ¶ Quantũ ad pmuʒ ſubdit ⌊Deus manifeſte veniet.⌋ ¶ Quantũ ad 2ᵐ ⌊Ignis in conſpectu eius ardebit.⌋ Dic ponit apparatum venientis. Principes corã ſe faciunt deferri ſigna ⁊ gladios. Ro. 13. Non ſine cã gladius portatur. q. d. q: habent ptãtem iudicandi. Sic ante chriſtum precedent ſigna vindicte ⁊ miniſtri iudicis. Primo ꝑ ponit ſigna ⁊ inſtrumẽta vindicte. Secũdo oſtendit poteſtatẽ quantũ ad miniſtros ibi ⌊Aduocauit.⌋ Inſtrumentũ diuini iudicij eſt duplex. Unuʒ principale ex parte ignis punientis: ⁊ aliud ex parte totius creature pugnantis cõtra inſenſatos. Sap. 5. ¶ Quantũ ad pᵐ dicit ⌊Ignis in ꝯſpectu eius exardeſcet.⌋ Ad lrãm. Ignis precedet ante euʒ: ut habetur Deb. 10. q: ignis confringens ardebit ⁊ purgabit ſupficiem terre ⁊ purgabit ſiqd eſt purgandũ in bonis: ⁊ tandẽ inuoluet malos in infernũ. Uel ignis conſcientie remordẽtis. Iſa. 50. Ambulate in lumine ignis veſtri. ¶ Quantum ad 2ᵐ dicit ⌊⁊ in circuitu eius tẽpeſtas valida.⌋ que conſurget ex cõmotione oium elementoꝝ ante iudicium. Luc. 21. Erunt ſigna in ſole ⁊c̃. Et erit tanta cõmotio. q etiaʒ virtutes celoꝝ mouebũtur. ⌊Tempeſtas.⌋ i. indignatio erit. ⌊in circuitu eius.⌋ i. in ſanctis qui erunt circa ipm. Iſa. 3. Ad puniendũ peccatores. Job. 27. Apprehendet eum quaſi aqua inopia. Prouer. 1. Cũ venerit repentina calamitas.

¶ Aduocauit celum deſurſum ⁊ terrã diſcernere populum ſuũ. Congregate illi ſanctos eius: qui ordinant teſtamentũ eius ſuper ſacrificia. Et annunciabunt celi iuſtitiaʒ eius quoniam deus iudex eſt.

¶ Poſito aduentu iudicis ad iudiciũ: ⁊ iudicis apparatu quantũ ad inſtrumentuʒ pene. hic ponit apparatũ iudicij quantũ ad miniſtros. ⁊ pmo agit de aſſiſtẽtia miniſtroꝝ. 2° de officio angeloꝝ ibi ⌊Cõgregate.⌋ 3° de officio apoſtoloꝝ ibi ⌊Annunciabitur.⌋ In pma parte fit mentio de celo ⁊ terra. Et intelligitur dupliciter. Uno modo ut intelligat per methonomiam cõtinens pro contento: ut per celũ deſignet ſanctos q in celis ſunt. ⁊ per terrã deſignet hoies qui ſunt in terra: ⁊ iſti oẽs ad iudiciũ vocant. Et hec eſt 2ᵃ vocatio: q: ſupra dixit. ⁊ vocauit terram: q: illa vocatio eſt vocatio ad fidem. ad quã oẽs vocãtur boni ⁊ mali. Mat. 13. Simile eſt regnuʒ celorũ ſagene miſſe in mare ⁊c̃. Sed iſta ſecũda vocatio eſt ad ſegregandum. q: elegerunt bonos in vaſa ſua. malos aũt foras miſerũt. ⁊ idõ dicit ⌊Ut diſcerneret populũ ſuum.⌋ diſcretione bonoruʒ a malis. Mat. 25. Segregabit oues ab hedis. ps. Judica me deus ⁊ diſcerne cãm meaʒ. Sed aliter vocantur celi: aliter terra: q: celeſtes viri vocantur ad

Titulus.

ps hic loquitur de finali iudicio.

Dii⁹ nomine de nomine multiplicitas.

hoc:q̃ſi iudices. Matth.19. Uos qui reliquiſtis oĩa ⁊c. uſq; iſrael. Terreni uocant̃ ut iudicent̃. Joel.3. Congregabo oẽs gen.es ⁊ deducaz eas in ualle ioſaphat. Uel ⌊ uocauit celũ. ⌋i.celeſtes.i.iuſtos ad p̄mium. Dañ.12. Docti fulgebunt ſicut ſplẽdor firmamẽti ⁊c. ⌊ Et terrã. ⌋i.terrenos.i.malos ad penaz. ❡ Poteſt etiã eſſe alius ſenſus:ut celũ ⁊ terraz ponantur pro ipſis creaturis corporalibus.⁊ ſic uocant̃ per modũ teſtimonij uel ĩpugnationis ↄtra infideles:q: in eis maſi potuerunt aduertere ex celo ⁊ terre. Job.20. Reuelabunt celi iniquitatẽ eius:⁊ terra cõſurget aduerſus eum.ſ.peccatorẽ. Uel ⌊ aduocauit celuz ⁊ terram deſurſum. ⌋ut det eis aĩas ſanctoꝝ quas tenet.⁊ terraz: ut de: aĩas maloꝝ quas tenet in ꝓfundo. Et huic concordat littera Hieronymi que dic̃ ⌊ Cõgregate mihi oẽs ſanctos meos. ⌋q.d. Ad h̃ aduocat; ut exhibeat ſanctos ſuos. ⌊ Cõgregate illi ſanctos eius. ⌋Hoc eſt officium angelorũ. In iudicio.ſ.congregent electos. Matth.24. Mittet angelos ſuos ⁊c. Et ẽ uox Dañ. prophete ad angelos:ad miniſteriũ miſſos. Sci eniz eius ſunt:qui ordinant teſtamentũ ſuper ſacrificia. Li ſupra dupliciter accipitur. Uno mõ:ut deſignet ordinem cauſe mãlis ⁊ tunc eſt ſenſus Super ſacrificia.i. qui fecerunt pactũ cũ deo:de ſacrificijs offerendis. Et fecit mentionẽ de ſacrificijs propter duo.p̄° q: ſequens diſceptatio erit de ſacrificijs. 2° q: diſceptatio in iudicio erit ſolum cũ fidelibus qui iudicabuntur. Et iſti ſunt qui cum deo pactũ in ſacrificijs fecerunt. Alio mõ/ut li ſupra notat exceſſuz. Et ſic dicendũ eſt ꝙ per teſtm̃ intelligitur nouuz teſtm̃/qð excedit. Unde eſt ſenſus. ⌊ Super ſacrificia. ⌋i.qui p̄ferunt nouum teſtm̃ ſacrificijs ueteris teſtamẽti. Uel teſtm̃ ꝓmiſſum a deo.⁊ ſic ⌊ ſuper ſacrificia. ⌋i.qui bona promiſſa a deo reputat maiora oĩbus meritiſ nr̃is. Ro.8. Non ſunt cõdigne paſſiones huius tp̃is ⁊c. Uel p teſtamentũ illud.aĩa habet fedus cũ iuſtitia mĩa fide ⁊ hm̃°. Oſee.2. Sponſabo te mihi in fide. Et ſic ſũt ⌊ ſuper ſacrificia. ⌋i.qui p̄ferunt bona ſp̃ũalia hm̃° ſacrificijs corporalibus. Oſee.6. Miam uolo ⁊ non ſacrificiũ. Ue ⌊ qui ordinãt teſtm̃ ⁊c. ⌋i.qui in ſacrificijs que deo exhibent hñt reſpectum ad teſtm̃ dei:q: aliq referunt bona que faciunt ad aliud:ut in ipm̃ congregentur.1.Cor.10. Oĩa in gloriã dei facite. ⌊ Annũciabunt celi. ⌋Officiũ angeloꝝ eſt annunciare:⁊ hij deſignantur per celos. Uñ ⌊ celi. ⌋i.apl̃i ⌊ annunciabũt ⌋ iuſtitiaz dei. Et dicũtur ⌊ celi. ⌋q: ipſi eminent oĩbus choris ſanctoꝝ ⁊ illuminant totam eccleſiaz. P̄s. Celi enarrant gloriã dei. ⌊ Annunciabunt ad̃c. ⌋qm̃ deus iudex eſt per doctrinã inſtruendo. Act.10. Ipſe eſt q conſtitutus eſt a deo iudex uiuoꝝ ⁊ mortuorum. Inſtruunt ergo de futuro iudicio.2.Cor.5. Oẽs nos manifeſtari opꝫ ante tribunal chriſti. Alio mõ nũciabũt per iudicij auctoritatẽ promulgantes ſnĩam cõtra malos:q̃ ſedebunt ſup ſedeſ duodecim.ut dĩ Mat.19.

❡ Audi populus meus ⁊ loquar iſrael ⁊ teſtificabor tibi:deus deus tuus ego ſum.

❡ Hic autem agit de diſceptatione iudicij. In diſceptatione iudicij tria ſunt neceſſaria. Unũ requirit̃ ex parte nr̃a:aliud ex parte dei.3m̃ eſt ipſa diſceptatio. Ex parte noſtra requiritur auditus non ſolũ exterior corporalis reſpectu coꝝ que audiuntur corporaliter: ſed etiam interior. Eccl.6. Si dilexeris audire.⁊ ideo dicit ⌊ Audi. ⌋i.e.tiã interius attende. Matth.13. Qui habet aures audiendi audiat. ⌊ Populus meus. ⌋q: qui non eſt de populo ſuo non audit eum. Jo.6. Oĩs qui audit a patre meo. Item ibidẽ.8. Propterea uos non auditis:q: ex deo non eſtis. Ex parte dei requiritur loquutio ⁊ teſtificatio.⁊ ideo dicit ⌊ Et loq̃r iſrael ⁊ teſtificabor tibi. ⌋Eſt autez duplex loquutio dei. Una eſt exterior per predicatores. Heb.1. Olim deuſ loquens patrib° in prophetis. Alia eſt interior p inſpirationem. P̄s. Audiã quid loquatur in me ⁊c. Itez teſtificatio eſt duplex. una eſt p miracula. Jo.5. Opera que ego facio teſtimoniũ perhibẽt de me. Alia per teſtes. Iſa.44. Uos teſtes mei. Act.1. Eritis mihi teſtes ⁊c. Et ſic iſta poſſunt eſſe uerba chriſti populũ inſtruẽtis. ⌊ Audi populus meus ⁊ loquar iſrael. ⁊ teſtificabor tibi. ⌋per miracula. Jo.5. Opera que dedit mihi pater ut perficiam. Itẽ ſcrutamini ſcripturas. ⁊ ideo loquar per miracula ⁊ per ſcripturas.i. apparebit ꝙ ego uera loquor:⁊ ꝙ uerus ſuz per ſcripturas. Et quid teſtificabor? ⌊ Deus deus tuus ego ſum. ⌋ſ. ſingulariter. Exo.20. Ego dñs.⁊ dic̃ ⌊ Sum. ⌋ꝓpter eternitatem:q: non declinat nec in preterito nec in futuro.⁊ dicit ⌊ Deus tuus. ⌋q: de ſemine abrae. Ro.9. Ex quibus chriſtus eſt ſm̃ carnem.

❡ Non in ſacrificijs tuiſ arguã te:holocauſta aũt tua in conſpectu meo ſunt ſemper. Non accipiã de domo tua uitulos:neq; de gregibus tuis hircos. Qm̃ mee ſũt oẽs fere ſiluarum:iumẽta in montibus ⁊ boues. Cognoui oĩa uolatilia celi:⁊ pulchritudo agri mecum eſt. Si eſuriero non dicã tibi. meus eſt enim orbis terre ⁊ plenitudo eius.

❡ Hic agit de ipſa diſceptatione.⁊ circa hoc tria facit. Primo reprobat uetus ſacrificiũ. Secũdo inducit ſacrificium nouuz ibi ⌊ Immola deo. ⌋Tertio ab h̃ ſacrificio repellit malos ibi ⌊ Peccatori. ⌋ Sacrificia ſunt proteſtationes fidei.⁊ ideo premiſſurus de uultu dei.premittit de fide unitiſ dei.⁊ p̄°proponit intentũ. 2° aſſignat rõnem. Dicit ergo. Ueniam ⁊ iudicabo ⁊ ⌊ non arguã te de ſacrificijs tuis. ⌋que nõ omiſiſti.

Sed contra. Qui tunc omiſiſſet erraſſet.ſz pro omni errato adducetur in iudicium:ut dicitur Eccl.12. Queſtio.

Dicendum ꝙ homo arguitur qñ non facit uoluntatẽ ſuperioris. Uoluntas autẽ dei eſt ſanctificatio ueſtra. Hec aũt ſacrificia non ↄferunt ad ſanctitatẽ ueſtram.⁊ ideo nõ ſunt per ſe uolita a deo:ſed prout ſunt ſigna alterius. ⁊ ideo dicit Oſee.6. Miam uolo ⁊ non ſacrificiũ. Et prout ſũt ſigna interioris uirtutis.⁊ ideo de uirtutibus arguuntur per ſe quas non exercuerunt nõ de ſacrificijs. Rationez manifeſtat.primo ex parte coꝝ.2° ex parte ſua. Unde dicit ⌊ Holocauſta autem tua in ↄſpectu meo ſunt ſemper. ⌋q.d. Non arguam te de ſacrificijs. q: promptus es ad ſacrificia carnalia offerenda:q: libenter offerebant ſacrificia propter hoc ꝙ delectabantur in eis in conuiuijs. Iſa.22. Ecce gaudiũ imolare uictimas ⁊c. Uel aliter. ⌊ Non arguã te in ſacrificijs. ⌋carnalibus. ⌊ q: holocauſta tua. ⌋ſ.ſpiritualia. ⌊ in conſpectu meo ſunt ſemp. ⌋i.mihi placent. Et h̃ ſunt ſiẽ Grego° quando totũ deo offertur.ſ.qui ſeipſũ offert: ⁊ totum qð hẽt:⁊ ſic expendit in dei ſeruitio. Ex parte dei manifeſtat rationẽ cum dicit ⌊ Non accipiam de domo tua uitulos. ⌋Ratio quare nõ arguã te de ſacrificijs eſt:q: que non quero principaliter:nõ principaliter arguo de eis. Duo erant principalia ſacrificia. uitulus ⁊ hircus. Leuit.4. Et hec duo oſtẽdit ſe non accipere.i. acceptare de domo carnaliũ. ⌊ De gregib° tuis. ⌋ſ.carnalib°. ⌊ accipiã. ⌋i.acceptabo. ⌊ hircos. ⌋Mich.6. Nũqd placari poteſt dñs ĩ millibus arietum.

arietū. [Quī mee ſunt oēs fere ſiluaꝝ.] Probat qḋ dixit. ſ. ꝙ nec vitulos nec hircos approbat. ꝛ ꝙ ſi indigeret nō acciperet de domo ſua. Nullus petit aliqd qḋ in poteſtate ſua eſt. Oīa aūt que iſti offerebāt: erāt in ptāte dei. ¶ Tria offerebāt in veteri teſtamēto: aīalia quadrupedia: aues ꝛ fruct⁹. ſ. primitias ꝛ panes. ¶ Quātū ad pᵐ dicit [Oēs fere ſiluaꝝ mee ſūt.] Quadrupedia in duo gnā diuidunt: qꝛ quedā ſunt ſilueſtria ꝛ quedā domeſtica. ꝛ lꝫ ſilueſtria nō offerant: tñ enūtiat ea ut magis appeat ꝙ etiā domeſtica ſūt ſua. ¶ Myſtice aūt p iſta aīalia pñt deſignari diuerſa gnā pſonarū. vñ dicit [Fere.] i. īfideles. [iumēta.] i. fideles. [boues in mōtib⁹.] i. apl'i. oīa mea ſunt. ¶ Quātū ad 2ᵐ dicit [Cognoui oīa volatilia celi.] i. iſta ſubſūt mee pvidētie. Per hec volatilia ſci angeli itelligunt ꝙ ſunt ſilitudo. ¶ Quātū ad 3ᵐ dicit [Et pulchritudo agri mecū eſt.] i. qcqd pulchrū eſt in eis mihi fuit. Ul' pulchritudo agri mecū eſt: qꝛ ubiqꝫ ſū. Et eſt: qꝛ ſemper ſū: ſine pterito ꝛ futuro. [Si eſuriero nō dicā tibi.] Cōcludit per ipoſſibile. Si indigerē eis non dicerē tibi. i. non quererē a te. Quare? Quia [meus eſt orbis terre ꝛ plenitudo ei⁹.] ps. Dñi eſt terra ꝛc̄.

Myſteri um.

¶ Nūquid māducabo carnes thaurorū aut ſanguinem hircorum potabo?

¶ Sup̄ hoc ex pſona dñi aſſignauit rōnē. qre dñs nō acciperet hircos: etiā ſi indigeret. hic aūt oñdit ꝙ nō indiget. ¶ Sciēdū eſt aūt ꝙ in lege pcipit ꝙ carnes holocauſtoꝝ cōburerētur ꝛ ſanguis effundebatur ad altaris crepidinē. Et poſſet aliqs ſuſpicari ꝙ de⁹ delectaret in ſanguine ꝛ carnib⁹ illoꝝ. Hec etiā fuit opinio gētiliū ꝙ dij eoꝝ delectarētur odorib⁹ carniū ꝛ ſāguinis effuſione. ut dicit Aug⁹. Et uñs dicit ꝙ in hijs nō delectat que nō delectāt ſm ſe. Et iō dicit [Nūqd māducabo carnes thauroꝝ aut ſanguinē hircoꝝ potabo?] q.d. Nō. qꝛ nō indigeo nec delector: qꝛ delector l' hijs que per ſe ſunt cibus dei: ſꝫ alius eſt cib⁹ dei ꝛ potus dei q̄ꝫ carnes ꝛ ſanguis aīaliū. Cib⁹ eniꝫ dei eſt id qḋ eſt cib⁹ oīuꝫ ſcōꝝ. Luc. 22. Ego diſpono vob ſicut ꝛc̄. Et ſic eadē eſt refectio ſcōꝝ ꝛ dei. Sꝫ ſci reficiunt ipſius amore dei. Et ſic de⁹ reficit in fruitione ſuipſi⁹. Tho. 12. Ego cibo inuiſibili ꝛ potu qui ab hominib⁹ videri non poteſt utor.

¶ Immola deo ſacrificiū laudis: ꝛ redde altiſſimo vota tua.

¶ Hic oſtēdit qd ſit illud ſacrificiū qḋ de⁹ acceptat. Et pᵒ oñdit ꝙ de⁹ acceptat ab hoīe. 2ᵒ qd retribuit. Duo requirit dñs ab hoīe. pᵒ ſacrificiū laudis. Et dr laus ſacrificiū: qꝛ nihil eſt aliud ſacrificiū: niſi pſtatio interioris deuotionis ꝛ fidei: qꝛ p ſacrificiū recognoſcimus deū creatorē oīuꝫ. 1. Paral. 19. Tua ſūt oīa: ꝛ que de manu tua accepim⁹: dedimus tibi. Aug⁹ liᵒ de doc. chriſtiana dicit ꝙ nullū ſignū eſt ita expſſiuū itētionē cordis ſignificādo ſicut vbum. ꝛ exterior fides ꝛ deuotio nō pōt meli⁹ explicari q̄ꝫ p deuotionē laudis: ꝛ ſic laus eſt magis deo accepta q̄ꝫ occiſio aīaliū. Heb. ult. Per ipꝫ offerim⁹ holocauſta laudis ſemp deo. Oſee ult. Reddemus vitulos labioꝝ nr̄oꝝ. 2ᵒ dñs requirit ut reddat vota altiſſimo. Et iō dicit [Et redde altiſſimo vota tua.] Laus eſt ſacrificiū dei inquātum eſt ſignū interioris deuotiōis: qꝛ laus ſignificat ꝙ hō deo offert mentē ſuā. Et hᵒ vult de⁹ ꝙ ſibi reddat: ꝛ hoc eſt votū. ꝛ ita votū eſt act⁹ latrie. Iſa. 19. Colent eū i hoſtijs ꝛ munerib⁹ ꝛ vota vouebūt deo ꝛ ſoluet. Eccl. 5. Siqd vouiſti deo: ne moreris reddere.

¶ Et inuoca me in die tribulationis: eruā te ꝛ honorificabis me.

¶ Hic dñs exponit qd retribuet colētib⁹ eū. Et pᵒ oſtēdit qd ſci patiunt. 2ᵒ qd faciāt in tribulationibus. 3ᵒ qd a deo recipiāt. 4ᵒ qd deo recōpēſent. Dicit ḡ ꝙ p hoc ꝙ aliqs reddit vota. nihilomin⁹ affligit. ps. Perſequunt me inimici mei iniuſte. Et rō hui⁹ eſt: qꝛ niſi affligerent iuſti in hᵒ mūdo multi ſuirēt deo. nō pp ipſū ſꝫ pp pñtē pſpitatē. qd faciāt: qꝛ debēt euꝫ inuocare. Unde [Et inuocabit me.] Deus quid faciet ei? [Liberabit eū.] [Eruā te.] ps. Ad dñm cum tribularer clamaui ꝛc̄. Et poſtea liberatus dꝫ deū honorificare. [Et honorificabis me.]

¶ Peccatori aūt dixit de⁹: qre tu enarras iuſtitias meas: ꝛ aſſumis teſtamentū meuꝫ p os tuuꝫ. Tu vō odiſti diſciplinā: ꝛ proiceciſti ſmones meos retrorſuꝫ. Si videbas furem currebas cum eo: ꝛ cum adulteris portionē tuam ponebas.

¶ Hic arcet quoſdā. ſ. peccōres a ſacrificio laudis. ꝛ pōit tria. pᵒ hūanā pūerſitatē. ſcdō dei patiētiā. tertio cōminatur diuinā ſeueritatē. Peruerſitas hūana conſiſtit in hᵒ ꝙ bona dicūt ꝛ mala faciūt. ꝛ iō oñdit quō indigni ſūt bona dicere. Eſt aūt duplex bonū. Unū eſt inſtructio morū: aliud eſt informatio ad laudē dei. Dicit ḡ. [Tu.] i. pp'le meus imola deo ſacrificium laudis ꝛc̄. [Sꝫ peccōri dixit de⁹.] i. iudei preordinatione fixū eſt: ꝙ hoc iniuſtū eſt ꝙ bona dicat ꝛ mala faciat. Et hoc dixit: qꝛ hᵒ in mente oīuꝫ etiā peccōrum impreſſuꝫ eſt. ꝛ quid dixit? [Quare tu enarras iuſtitias meas?] Ro. 2. Qui predicas non furandum?

Sed nunquid Qui in ſtatu peccati mortalis eſt peccat mortaliter quando predicat uel docet? Queſtio.

Dicendū ꝙ eius peccatū aut eſt publicū uel occultū: ꝛ ſi occultū uel eſt ex ꝯtēptu ꝛ ſine penitentia: aut cū penitentia. Dicendū eſt ergo ꝙ ſi aliquis eſt in peccō publico non debet publice pdicare uel docere. Et dico publico: qꝛ ſi peccm̄ non eſt publicū: poſſet cum charitate occulte fratrē ſuum de peccō etiā minori q̄ꝫ ſit ſuū peccm̄ qḋ occultū eſt reprehendere. reprehēdendo tñ ſeipſum. Si vō eſt in peccō occulto ꝛ ſine pnia: tunc pūocat deū: qꝛ ſilet. Prouer. 11. Simulator ore decipit amicū ſuum. Et de hijs loquit hic: ſicut dicit glo. Auguſtini. Lingua laudare non pſumat: cui ꝯdicit ꝯſciētia. Si vō peccm̄ eſt occultum ꝛ dolet: non peccat predicando uel docendo. etiā ſi publice loquat ꝯtra peccm̄: qꝛ ſic deteſtando aliorū peccā deteſtat etiā ſuū. [Et aſſumis teſtm̄ meū p os tuū.] Iuſtitia refertur ad inſtructionē: teſtm̄ refert ad laudem fidei. Eccl. 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccōris. qꝛ nomen dei eſt ſciſſimū. Et iō incōueniens eſt ꝙ a peccōribus aſſumat: q̄ſi uſurpatum. Prouer. 26. Quō pulchras fruſtra hēt claudus tibias. ſic indecēs eſt in ore ſtultoꝝ parabola. [Tu vō odiſti diſciplinas.] Hic oñdit mala que faciunt peccōres. Et faciūt duo mala. pᵐ eſt ꝙ odiūt diuinā correptionē. Uñ dicit [Tu vō odiſti diſciplinā.] Hec correptio morū ſit p diſficilia. Heb. 12. Oīs diſciplina in pñti quidē videt eſſe non gaudij: ſed meroris. Hanc odiunt mali. Heb. 12. Si extra diſciplinā eſtis ꝛc̄. ps. Bonitatem ꝛ diſciplinam ꝛc̄. Amos. 5. Odio habuerūt correctionē in porta. Tu ḡ nō vis ab alijs caſtigari cū quotidie delinquas. [Et proieciſti ſmones meos retrorſuꝫ.] q. bus īformaris ad bñ opandū ꝛ merēdū. Tales ſmones debē: hēi in reuerētia. Sꝫ iſti. ſ. peccōres non accipiūt eos: nec ꝯſiderāt. Ezech. 33. Audiunt ſermonem tuū: ꝛ nō faciunt eos: qꝛ in canticū oris ſui conuertunt

An predi cans cum pctō mor tali peccet

ſilios. Uel proieciſti. i. pro nihilo habuiſti. i. retrorſum. ita ut nec etiam cõſiderares eos. Si videbas furem currebas cum eo. Hic ꝓponit maliciã peccatorũ quãtum ad operationẽ mali. Sed poſtea oſtẽdit defectum eorũ quãtum ad deſertionẽ boni cum dixit. Tu vero odiſti ꝛ̄c. Et primo ponit eorũ neqciam quãtum ad malum opis. deinde quãtũ ad malũ oris. Dicit ergo. Si videbas. Ubi ſciendũ eſt q̄ hec verba ex ꝑſona dei ꝓponunt̃ pctõri annũciãti ꝛ p̄dicanti iuſticiã dei. Et cõpetũt maxīe p̄latis ꝛ doctorib' q̄ nõ

Cõtra p̄latos. de facile ꝑ ſe in pctm̄ labunt̃: ſꝫ alijs peccãtib' ꝯſẽtiũt ꝛ hec ꝯuertunt̃ i eos. Ro. 1. Digni ſũt morte nõ ſolũ q̄ faciũt ꝛ̄c. 1. Reg. 2. Punit' eſt heli q̄ nõ correxit filios. Ideo de hoc repꝛehẽdit eos. Et tãgit duo. ſ. furtum ꝛ adulteriũ. ¶ Quãtũ ad p̄m̄ dicit. Si videbas furẽ. i. ad te delatũ ad iudiciũ. currebas cũ eo. i. nõ corrigẽdo. Iſa. 1. Pncipes tui infideles. Itẽ. cũ adulteris porcionẽ tuã ponebas. q: nõ corrigis adulteros: ſꝫ blãdiris: ꝛ coopis ꝛ foues eos cũ ad noticiã tuã ꝑueniũt. Ie. 9. Oẽs adulteri ſũt. Spũale aũt furtũ eſt qñ ex vbis ſacre ſcripture depꝛedatoꝛ furat̃ verũ intellectũ: ꝛ ſic vidẽs depꝛauare ꝛ occultare verũ intellectũ: ꝛ tu ꝯſentiẽs curris cũ eo. Hie. 23. Ecce ego ad ꝓp̄has que furant̃ verba mea. Adulteriũ ſpũale eſt qñ vba retorquẽt̃ i aliũ ſẽſũ

Predicãtiũ adulteriũ. vel ad aliũ finẽ: puta ſi p̄dicet ad lucrũ vel ſeductionẽ. 2. Cor. 2. Nõ ſum' ſicut plurimi adulterãtes vbũ dei.

¶ Os tuũ abũdauit malitia: ꝛ lingua tua ꝯcinnabat dolos. Sedẽs aduerſus fratrẽ tuũ loquebaris: ꝛ aduerſuꝫ filiũ mr̃is tue ponebas ſcãdalũ: hec feciſti ꝛ tacui. Exiſtimaſti inique q̄ ero tui ſimilis: arguam te ꝛ ſtatuam contra faciem tuam.

¶ Hic agit de pctõrib' oris q̄ aggrauabat̃ dupl'r. Primo ex circũſtãcijs. 2° ex ꝯditiõe ꝑſonarũ ibi. ſedẽs. Circa p̄m̄ duo fac. Pmo ponit ꝯditiões aggrauãtes. ſ. frequẽtiã. Aliud eſt doloſitas. Frequẽtia: q: ſi aliqñ q̄s cõmittat aliqđ pctm̄: quoquo mõ tolerabile eſt. Uel ſi ex lapſu lingue aliqđ inordinatũ dicat facili' porat̃. Iac. 3. Si q̄s vbo nõ offẽdit. hic ꝑfect' eſt vir. Si q̄s os ſuũ iplet maledictiõib' ꝛ̄c ex malicia ꝓcedit. Nã ex abũdãtia cordis os loq̄t. Math. 12. ps̄. Cuius os maledictiõe ꝛ̄c. Aggrauat̃ & pctm̄ ligue ex doloſitate ſiue fraude. Hie. 9. Sagitta vulnerãs lingua eorũ dolũ locuta ẽ. Et iõ dicit. ꝛ lingua tua ꝯcinabat dolos. i. cõponebat: ꝛ q̄ſi ut voces ordinabat dolos: ut vba eius eẽnt placẽtia. Prouer. 13. Qui teſtis ẽ repẽtin' ꝯcinat vba mẽdacij. Sedẽs aduerſus frẽꝫ tuũ loq̄baris. Hic oñdit quõ pctm̄ lingue aggrauat̃ ex ꝯdiciõe ꝑſonarũ. Et p̄° ex ꝯditiõe loquẽtis. 2° ex ꝯditiõe ei' ꝯ quẽ loquit̃. 3° ex ꝯditiõe audiẽtiũ. Dic̃ ḡ. Sedẽs. Cõtigit aliqñ q̄ aliq̄s dic̃ amarũ vbũ cõmot' ꝛ ꝓuocat'. ꝛ hoc utcũq3 tolerabile eſt. Sꝫ qñ aliq̄s q̄eto corde nõ ꝓuocat' dic̃ mala: hꝰ iniquũ ꝛ deteſtabile ẽ. Et iõ dic̃. Sedẽs. i. ſꝫ q̄et'. ps̄. Aduerſũ me loquebant̃ q̄ ſedebãt in porta. Ex ꝑſona ei' ꝯ quẽ loq̄t aggrauat̃ pctm̄: q: ſi loquerẽt ꝯ iniquũ ſcc' eẽt. Sꝫ dic̃. aduerſus frẽꝫ tuũ. Hiere. 9. Unuſq̄ſq3 a ꝓximo ſe cuſtodiat. ꝛ aduerſuꝫ filiũ mr̃is tue ponebas ſcãdalũ. Hic oñdit quõ aggrauat̃ ex pte eorũ q̄ ex hꝰ ſcãdalizant̃. ſ. audiẽtiũ. Et iõ dic̃ ponebas ſcãdalũ. i. aliorũ ꝯ frẽꝫ tuũ. Et q̄ dic̃. filiũ mr̃is tue. oſtẽdit q̄ puuli lactẽtes dicunt̃ filij mr̃is. ꝛ puſilli ſcãdalizant̃ de vbis malis que dic̃. hec feciſti ꝛ tacui. Hic agit de dei ſimulatiõe. Et p̄° ponit diſſimulatio dei. 2° ponit effect' diſſimulationis in malis ibi. Exiſtimaſti. Dic̃ ḡ. hec feciſti. i. oĩa que ſup̄ dicta ſũt. loquut' es bona ꝛ ꝑpetraſti mala. ut ſic loquat̃ ps̄. in ꝑſona dei. ꝛ ego tacui. q̄ſi. ſ. nõ ſtatim te correxi ꝛ puniui. ſed ex clementia ꝛ mĩa te ad pniam expectaui. Iſa. 42. Tacui ſemꝑ ſilui. Ro. 2. An ignoras q̄ benignitas dei ad pniam te adducit. Sꝫ hõ malus ꝛ pctõꝛ hac clemẽtia abutit̃ in ſupbiã. Ro. 2. Scdm̃ duritiam tuã ꝛ coꝛ ipatiẽs theſaurizas tibi irã ꝛ̄c. Et iõ dic̃. Exiſtimaſti inique q̄ ero tui ſilis. Hic. ſ. eſt aũt ſup̄. Si videbas furẽ ꝛ̄c. Arguit ex hoc pctõres ꝛ credũt ini qui q̄ pctm̄ placeat deo ꝛ nõ puniat̃: q: tacet. hec feciſti ꝛ tacui. ſed hec extimatio eſt iniq̄: q: ſilr̃ odio ſũt deo ipius ꝛ ipietas eius ut dr̃ Sap̄. 14. ꝛ Abachuc. 1. Mũdi ſunt oculi tui ne videãt mala ꝛ ad iniqtateꝫ reſpicere nõ poteris. ſed arguã te. Un̄ hic ponit diuina ſeueritas. Et pmo in ei' repꝛehẽſione. 2° in effectũ. Dicit ergo. arguaꝫ te. i. ꝯdẽnabo te. ps̄. Dñe ne in ira tua corripias me. In ira eſt effect'. ſtatuã ꝯtra faciẽꝫ tuã. Deus qui punit nõ ſolũ punit per ſeipm̄: ſꝫ per alias creaturas ut dicit̃ Sap̄. 5. Pugnabit cũ eo orbis terrarũ cõtra inſenſatos. Item etiam ipſe homo cõtra ſe pugnat per remorſum ꝯſcientie. Et ſic etiam contra ſe pugnat ꝛ per ſeipſum arguit. Et hoc eſt quod dicit. ſtatuam cõtra faciem tuã. i. tuipſe te condẽnabis. Jo. 8. Nemo te condẽnauit? nemo dñe: nec ego te condẽnabo. Uel. ſtatuam contra faciẽ tuaꝫ. ſ. creaturas ut dicit̃ Sapiẽtie. 5. Siue rõnales: idẽ angelos ꝛ ſanctos. ſiue irrationales: quibus male uſus eſt in peccatis. Job. 7. Poſuiſti me contrariũ tibi: ꝛ factus ſum mihi metipſi grauis. q: contra ſeipſum peccatoꝛ dicet Sap̄. 5. Errauimus a via veritatis. Naum. 3. Reuelabo pudẽda tua in faciẽ tuam. Iſa. 3. Agnitio vultus eorum reſpõdebit eis. Et hec pena eſt vermis cõſcientie.

¶ Intelligite hec q̄ obliuiſcimini deũ ne qñ rapiat ꝛ nõ ſit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me: ꝛ illic iter quo oſtendaꝫ illi ſalutare dei.

¶ Hic hortat̃ ad peccatoruꝫ conſiderationẽ. Et primo ad cõſiderandum dei ſeueritatem. ſecũdo oſtẽdit quid ſit acceptum deo in ſacrificijs. Ad quid hortatur. quia ad intelligenduꝫ. vnde dicit. Intelligite hec qui obliuiſcimini deum: i. que dicta ſunt conſiderate. Et hoc neceſſarium eſt: q: eſtis obliti dei. Deut. 32. Oblitus es dei creatoris tui. Secũdo quid intelligat. Nequando rapiat. ſ. diabolus. ꝛ non ſit qui eripiat. ſcilicet de eius poteſtate. Quãdo diabolus rapit ad penã infernĩ: non eſt qui eripiat. Aliquãdo rapit ad peccatuꝫ ꝛ deus eripit peccatorẽ. ps̄. Eripiam eum. Q, non eripiat de poteſtate diaboli ad penã nõ eſt ex impotentia ſed ex ſua iuſtitia nõ vult. Sacrificiũ laudis honorificabit me. Hic concludit quid ſit acceptũ deo in ſacrificijs. Et oſtẽdit duplicem fructuꝫ in eis. Unus fructus ex parte dei: ut excellentia eius manifeſtet̃. ꝛ hoc ſit per ſacrificium laudis vocalis. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam dei facite. Alius fructus eſt ex parte noſtra ſ. vera ſalus. Unde dicit. ꝛ illic iter quo oſtẽdam illi ſalutare dei. i. ad videndum deum. Iſa. 52. Leuauerunt vocem: ſimul laudabũt. Hieronymus habet. Et qui ordinate ambulat oſtẽdam illi ſalutare dei. q. d. Duo aũt neceſſaria ſunt ad ſalutem. ſ. ſacrificium laudis. ꝛ q̄ ordinate ambules.

¶ Pſalmus dauid quando venit ad eum nathan propheta cum intrauit ad berſabee. 50

Miſerere mei de': ſcdm̃ magnaꝫ mĩam tuam. Et ſcdm̃ multitudinẽ miſerationum tuarũ: dele iniqtatẽ meaꝫ. Amplius laua me ab iniqtate mea: ꝛ a peccato meo munda me.

In precedentibus

